¶ Hoc opere ꝯtinent̄ ordine li
bri ſubſcripti.

¶ Diui Hieronymi epiſtolę duę. hęc ad Athletam
Illa ad Heliodorum.

Ciceronis familiariū epiſtolaꝝ tres vltimi libri

Magni Baſilij de inſtitutiōe opuſculū perelegās

Platonis de cōtemnēda morte q̄ Axiochus īſcribitur

Horatij ſermonū liber primus

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

¶Beati hieronymi ad Athleram de inſtitutione fi-
lie: docentis qualiter educanda: cui nutrici cōmitten
da ſit: quomodo in timore domini et ī bonis moribus imbuēda. et a qua
li preceptore ſit erudienda: monentis eam grandiuſculam a fuco: a fre-
quentia virorū. a balneis: muſica: lautiori cōuiuio ⁊ vino cohiberi. In
vilioribꝰ operibus manuū ac moderatis ieiunijs exerceri: lectionibꝰ di-
uinorꝝ ac probatorꝝ auctorum inſtitui. Ac docentis in quibꝰ potiſſimū
libris debeat oblectari. ¶Epiſtola.

Beatus apoſtolus Paulus ſcribit ad Corinthios. et ru-
dem Chriſti eccleſiam ſacris inſtruens diſciplinis: inter
cetera mādata hoc quoqꝫ ꝓpoſuit dicēs. Si qua muli-
er habet virum infidelem. ⁊ hic ꝯſentit habitare cum ea:
nō dimittat virum. Sanctificatꝰ eſt eīm vir infidelis ꝑ
mulierem fidelem. ⁊ ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem
Alioquin filij noſtri immūdi eſſent: nūc autem mūdi ſunt Sicut forte
hactenꝰ videbantᷣ nimium diſcipline vincula laxata. ⁊ preceps indulgē
tia preceptorꝝ. Conſideret domum patris tui clariſſimi quidem ⁊ erudi-
tiſſimi viri: ſed adhuc ambulātis in tenebris. ⁊ intelliget cōſilium apo-
ſtoli illud ꝑfeciſſe: vt radicis amaritudinē dulcedo fructuū temperaret
et viles virgule balſama p̄cioſa ſudarēt. Tu eīm es nata de impari matri
monio. De te ⁊ Toxotiōe Paula generata eſt. Quis hoc crederet vt Al
bini pōtificis neptis de ꝓmiſſione martyrum filia naſceretᷣ. vt putem ꝙ
etiam gaudente auo: adhuc paruula lingua balbutiēs Chriſti alleluia de
cātaret: vt ꝟginem dei in ſuo gremio nutriret ſenex. Et bene foeliciter qꝫ
expectauimꝰ. Sancta ⁊ fidelis domꝰ vnum ſanctificat infidelem. Candi
datꝰ eſt fidei quem filiorꝝ et nepotum turba circūdat. Ego puto etiam ip
ſum Iouem ſi habuiſſꝫ talem cognationem potuiſſe in Chriſto credere.
Deſpiciat licet ⁊ irrideat epiſtolam meam. ⁊ me ſtultum ⁊ inſanum cla-
met: hoc et gener eiꝰ faciebat prius q̄ꝫ crederet: fiūt non naſcūtur chriſtia
ni. Auratum ſquallet capitolium. Fuligine ⁊ aranearum telis oīa Ro-
me templa cooperta ſunt Mouetᷣ vrbs ſedibꝰ ſuis. ⁊ inundās populus
ante delubra ſemiruta currit ad martyrꝝ tumulos. Si nō extorquet fi-
dem prudētia: extorqueat ſaltem verecūdia. Hoc Athleta religioſiſſima
in Chriſto filia dictum ſit vt nō deſperes parētis ſalutem. ⁊ eadem fide q̄
meruiſti filiam. ⁊ patrem recipias: totaqꝫ domꝰ beatitudine perfruaris:
ſciens illud a dn̄o repromiſſum. Que apud homīes impoſſibilia apud
deum poſſibilia ſunt. Nunq̄ꝫ ſera cōfeſſio. Latro de cruce tranſijt in pa-

radiſum Nabuchodonoſor rex Babylonis poſt efferationem corporis
et cordis ⁊ beluarum in heremo cõuictum. mentem recepit ſanam. Et
vt omittam vetera. ne apud incredulos nimis fabuloſa videantur. ante
paucos annos propinquus noſter Gracchus nobilitatem patritiam ſo
nans nomine. cum prefecturam regeret vrbanam. nonne ſpecum mitrę
et omnia portentuoſa ſimulachra. quibus Corax Niphus miles Leo-
perſes. helios Bromius pater iniciantur. ſubuertit. fregit ⁊ vſſit. et his
quaſi obſidibus ante premiſſis impetrauit baptiſmum chriſti: Solitu
dinem patitur ⁊ in vrbe gentilitas. Dij quondam nationum cum bubo
nibus ⁊ noctuis in ſolis culminibꝰ remanſerunt. Vexilla militum cru
cis inſignia ſunt. Regum purpuras ⁊ ardentes diadematū gemmas pa-
tibuli ſalutaris pictura cõdecorat. Jam ęgyptus. olim Serapis Chri-
ſtianꝰ factus eſt. Marnas gaze luget incluſus. ⁊ euerſionem templi iu-
giter pertimeſcit. De India. Perſide. ęthiopia monachorum quotidie
turmas ſuſcipimꝰ. Depoſuit pharetras armenius. Vani diſcũtq̃ pſal
terium Scythię frigora feruent calore fidei. Getarum rutilus ⁊ flauus
exercitus eccleſiarum circũfert tentoria. ⁊ ideo forſitan contra nos ęqua
pugnant acie. quia pari religione cõfidunt. Pene lapſus ſum ad aliam
materiam. ⁊ currēte rota dum vrceum facere cogito. amphoram finxit
manus. Propoſitum em̃ mihi erat ſanctę Marcellę ⁊ tuis precibꝰ ini
ciatum ad martyrem. id eſt ad te ſermonem dirigere. ⁊ docere quomodo
inſtituere paulam noſtram debeas. quę prius in Chriſto cõſecrata eſt q̃
genita. quam ante noſti q̃ in vtero concepiſti. Vidimus aliquid tem-
poribus noſtris de prophetalibꝰ libris. Anna ſterilitatem alui fœcũdi-
tate mutauit. Tu luctuoſam fœcũditatem vitalibus libris cõmutaſti.
confidens loco accepturam te filios. quę primum fœtum domino red-
didiſti. Jſta ſunt primogenita quę offeruntur in lege. Sic natus eſt
Samuel. ſic ortus Sampſon eſt. et ſic Joannes baptiſta ad introi-
tum Marię et exultauit ⁊ luſit. Audiebat enim verba domini per
os virginis pertonantis. ⁊ de vtero matris in occurſum eius geſtie-
bat irrumpere. Jgitur quę de repromiſſione nata eſt. dignam habeat
ortu ſuo inſtitutionem parentum. Samuel nutritur in templo. Jo-
annes in ſolitudine preparatur. Jlle ſacro crine venerabilis eſt. vi-
num et ſiceram non bibit. adhuc paruulus cum domino ſermocina
tur. hic fugit vrbes. zona pellicea cingitur. locuſtis alitur. et melle ſil
ueſtri. et in typum pœnitentię prędicandę tortuoſiſſimi animalis
veſtitur exuuijs. ¶ Sic erudienda eſt anima quę futura eſt tem-
plum dei. nihil aliud diſcat audire. nihil loqui. niſi quod ad timorē dei

pertinet. Turpia non intelligat. cantica mundi ignoret. Adhuc tenera
lingua pſalmis dulcibus imbuatur. Procul ſit ętas laſciua puerorum.
ipſę puellę ⁊ pediſſequę a ſęcularibus conſortijs arceantur: ne quod ma
le didicerint peius doceant. Fiant ei litterę vel buxeę. vel eburneę. et ſu-
is nominibus appellētur. Ludat in eis. vt ludus eius eruditio ſit. ⁊ nō
ſolum ordinem teneat litterarum ⁊ memoriam nominū. ⁊ cantica trāſe
at. ſed ipſe inter ſe crebro ordo turbetur. ⁊ medijs vltima. primis media
miſceantur. vt eas non ſono tantum. ſed ⁊ viſu nouerit. Cum vero coepe
rit trementi manu ſtilum in ceram ducere. vel alterius ſuprapoſita ma-
nu teneri regantur articuli. vel in tabella ſculpantur elementa. ⁊ per eoſ
dem ſulcos marginibus trahantur veſtigia. vt foras non queant euaga
ri. Syllabas iungat ad purum. ⁊ quibus illa ętas delectari poteſt. mu-
nuſculis inuitetur. Habeat ⁊ in diſcendo ſocias. quibus inuideat: qua-
rum laudibus mordeatur. non obiurganda eſt ſi tardior ſit. ſed laudi-
bus excitandum eſt ingenium. vt viciſſe gaudeat. ⁊ victa doleat. Cauen-
dum in primis ne oderit ſtudia. ne amaritudo eorum percepta in infan-
tia vltra rudes annos tranſeat. Ipſa nomina per quę conſueuit paula
tim verba contexere: nō ſint fortuita. ſed certa ⁊ coaceruata. de induſtria
videlicet prophetarum ⁊ apoſtolorum. et omnis ab Adam patriarcha-
rum ſeries. de Mattheo Lucaqꝫ deſcēdat. vt dum aliud agit futurę me
morię pręparetur. Magiſter probę ętatis ⁊ vitę conditioniſqꝫ eſt dili-
gendus. nec poterit erubeſcere vir doctus id facere in propinqua vel no
bili virgine: quod Ariſtoteles fecit in Philippi filio. vt ipſe in librari-
orum vtilitate initia monſtraret litterarum. Non ſunt contemnenda
quaſi parua: ſine quibꝰ magna conſtare non poſſunt: ipſe elementorum
ordo. ⁊ parua inſtitutio pręceptorum. aliter de erudito. aliter de ruſtico
ore profertur. Unde ⁊ tibi eſt prouidendum. ne ineptis blanditijs foe-
minarum. dimidiata dicere verba filiam conſueſcas. ⁊ in auro atqꝫ pur-
pura ludere. quorum alterum linguę. alterum moribus officit. ne diſcat
in tenero. quod ei poſtea dediſcēdum eſt. Gracchorum eloquentię mul
tum ab infantia ſermo matris cōtuliſſe ſcribitur. Hortēſij oratio inter
paternos ſinus coaluit. Difficulter raditur quod rudes animi perbibe-
runt. Lanarum conchylia quis in priſtinum colorem reuocet. Recens
teſta diu ⁊ ſaporem retinet ⁊ odorem. quo primū imbuta eſt. Gręca nar
rat hiſtoria Alexandrum potētiſſimum regem orbis dominatorem. et
in moribus. ⁊ in inceſſu Leonidis pędagogi ſui non potuiſſe carere vi
tijs. quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuis eſt enī malorum

ęmulatio.et quorum virtutes aſſequi nequeas.cito imitaris vitia. Nu
trix ipſa non ſit temulenta.non laſciua.non garrula: habeat modeſtam
gerulam. nutritium grauem. Cum auum viderit in pectus eius tranſili
at.⁊ collo depēdeat.nolenti alleluia decantet. Rapiat eam auia .patrem
riſibꝰ agnoſcat.ſit omnibꝰ amabilis.⁊ vniuerſa ꝓpinquitas roſa eccle-
ſię nata gaudeat. Diſcat ſtatim quam alteram habeat auiam.quam ami
tam.cui imperatori.cui exercitui tyrūcula nutriatur.illas deſideret. At
illa tibi innitetur ab exceſſu.ipſe habitus ⁊ veſtibus deceat ei cui promiſ
ſa ſit. Caue ne aures eiꝰ perfores.ne ceruſa ⁊ purpuriſſo cōſecrata Chri-
ſto ora depingas. nec collum auro ⁊ margaritis premas.nec caput gem
mis oneres.nec capillum irruffes.et ei aliquid de gehēnę ignibus au-
ſpiceris. Habeat illas margaritas quibus poſtea venditis emptura eſt
precioſiſſimum margaritum. Pretextata nobiliſſima quondam fœmi-
na.iubente viro Hometio.qui patruus Euſtochij virginis fuit.habi-
tum eius cultumqꝫ mutauit.⁊ neglectum crimen mūdano more texuit
vincere cupiens ⁊ virginis propoſitum et matris deſiderium.⁊ ecce ſi-
bi eadem in nocte cernit veniſſe angelum terribili voce minantē pœnas
et hęc verba frangentem. Tu auſa es viri imperium pręferre Chriſto:
Tu caput virginis dei tuis ſacrilegis attrectare manibus.quę iam nūc
areſcent.vt ſentias excruciata quid feceris.⁊ finito menſe quinto ad in
ferna ducaris. Sin autem perſeueraueris in ſcelere.et marito ſimul or-
baberis ⁊ filijs. Omnia per ordinem expleta ſunt.⁊ ſeram miſerę pœni
tentiam velox ſignauit interitus. Sic vlciſcitur Chriſtus violatores
templi ſui.ſic gemmas ⁊ precioſiſſima ornamenta defendit.⁊ hoc retu-
li.non ꝙ inſultare velim calamitatibus infœliciū. ſed vt moneam cum
quanto metu ⁊ cautione ſeruare debeas quod deo ſpopondiſti. Heli ſa-
cerdos offendit deum ob vitia liberorum.. Epiſcopꝰ fieri non poteſt qui
filios habuerit luxurioſos.non ſubditos.⁊ econtrario de muliere ſcribi
tur. Qꝫ ſalua fiet per filiorū generationem.ſi permanſerit in fide ⁊ cha
ritate ⁊ ſanctificatione cum pudicicia. Si perfecta ętas ⁊ ſui iuris im
putatur parētibus quanto magis lactens ⁊ fragilis.quę iuxta ſententi
am domini ignorat dextram ac ſiniſtram.id eſt boni ⁊ mali neſcit diffe-
rentiam: Si ſollicita prouidet.ne filia percutiatur a vipera.cur non ea
dem cura prouideas.ne feriatur a malleo vniuerſę terrę:ne bibat de au-
reo calice Babylonis:ne egrediatur cum Dina.et velit videre filias re-
gionis alienę.ne ludat pedibus.ne trahat tunicas. Venena non dan-
tur niſi melle circumlita.et vitia non irrepunt niſi ſub ſpecie vmbraqꝫ

virtutum. Et quomodo inquies. peccata patrum filijs non reddũtur.
nec filiorum parentibus. ſed anima quę peccauerit. ipſa morietur: Hoc
de his dicitur qui poſſunt ſapere. de quib⁹ in euãgelio ſcriptũ eſt. Eta-
tem habet. loquatur per ſe. Qui autem paruulus eſt. ⁊ ſapit vt paruul⁹.
donec ad annos ſapiẽtię. et Pythagoree litterę. y. eum perducãt ad bi-
uium. tam bona eius q̃ mala parentib⁹ imputantur. Niſi forte exiſti-
mas chriſtianorum filios. ſi baptiſma non receperint. ipſos tamẽ reos
eſſe peccati: ⁊ nõ etiam ſcelus referri ad eos qui dare noluerint. maxime
eo tempore quo cõtradicere non poterãt qui accepturi erant. Si in re-
gione vitę ſalus infantium maiorum lucrum eſt. offerre filiam poteſta-
tis tuę fuit. q̃q̃ alia ſit tua conditio quę prius eam nouiſti q̃ concipe-
res. vt autem oblata nõ negligas. ad periculum tuũ pertinet. Qui clau-
dam ⁊ inutilem qualibet ſorde maculatam obtulerit hoſtiam ſacrilegij
reus eſt. quãto magis qui partem corporis ſui. ⁊ illibatę animę purita-
tem regis amplexib⁹ parat. ſi negligens fuerit punietur. poſtq̃ grandi-
uſcula eſſe ceperit. ⁊ in exemplũ ſponſi ſui creſcere ſapiẽtia. ętate ⁊ gra-
tia apud deum ⁊ homines. pergat ad templum veri patris cum parenti
bus ſuis. ſed cum illis nõ egrediatur de templo. Quęrãt eam in itinere
ſęculi inter turbas ⁊ frequẽtiam propinquorum. ⁊ nuſquã eam alibi re
periant niſi in aduẽtu ſcripturarum prophetas ⁊ apoſtolos de ſpiritua
libus nuptijs ſciſcitãtem. Imitetur Mariam quam Gabriel ſolam in
cubiculo ſuo reperit. ⁊ ideo forſitan timore perterrita. quia virum quem
non ſolebat aſpexit. ęmuletur eam de qua dicit̃. Omnis gloria eius filię
regis abintus. Loquebat̃ ⁊ ipſa electo charitatis iaculo vulnerata. In-
traduxit me rex in cubiculum ſuũ. Nunq̃ exeat foras. ne inueniãt eam
qui circumeũt ciuitatem. ne percutiãt ⁊ vulnerẽt. ⁊ auferãt ſpũm pudi
citię. ⁊ nudam in ſanguine derelinquãt. quin potius cum aliq̃s oſtium
ei⁹ pulſauerit. dicat Ego mur⁹. ⁊ vbera mea turris. laui pedes meos. nõ
poſſum inquinare eos. Nõ veſcat̃ in publico. id eſt in parẽtum cõuiuio
ne videat cibos q̃s deſideret. Et licet quidam putẽt maioris eſſe ꝟtutis.
pręſentem cõtemnere voluptatem. tamẽ ego arbitror ſecurioris cõtinẽ
tię eſſe neſcire qd̃ quęrat. Legi quondã in ſcholis puer. Egre reprehen
das quod ſinis cõſueſcere. Diſcat iam nũc ⁊ vinum nõ bibere in quo eſt
luxuria. Ante annos robuſtę ętatis periculoſa eſt teneris ⁊ grauis ab-
ſtinẽtia. vſq̃ ad idem temp⁹ ſi neceſſitas poſtulauerit ⁊ balneas adeat. ⁊
vino vtatur modico ꝓpter ſtomachum. ⁊ carniũ edulio ſuſtentet̃. ne pri
us deficiãt pedes q̃ currẽ incipiãt. ⁊ h̃ dico iuxta ĩdulgẽtiã. nõ iuxta im-

perium.timens debilitatem.nõ docens luxuriam.alioquin quod iudai-
ca ſuperſtitio ex parte facit in reiectione quorundã animalium atqꝫ eſca
rum.quod ⁊ Iudorum Bracmanes.⁊ ęgypciorum Gymnophiſtę in po
lentę ⁊ orizę.et pomorum ſolo obſeruant cibo:cur virgo chriſti non fa-
ciat in toto? Si tanti vitrum.quare non maioris ſit precij margaritũ?
Quę nata eſt ex promiſſione ſic viuat.vt illi dixerũt.qui de repromiſſio
ne generati ſunt. Aequa gratia ęquũ habeat ⁊ laborem. Surda ſit ad or
gana tybia.lyra. cythara:cur facta ſint.neſciat. Reddat tibi quotidie pẽ
ſum de ſcripturarum floribus ſertum. Diſcat grecorum verſuum nume
rum.ſequatur ſtatim ⁊ latina eruditio.quę ſi non ab initio os tenerum
compoſuerit.in peregrinum ſonum lingua corrũpitur ⁊ externis vitijs
ſermo partrius ſordidatur. Te habeat magiſtrum. te viridis imitetur
infantia.nihil in te ⁊ in patre ſuo videat.quod ſi fecerit. peccet. Memẽ
tote vos parẽtes virginis.⁊ id ſcitote.magis eam exemplis doceri poſ-
ſe qꝫ voce. Cito flores pereũt.cito violas ⁊ lilium et crocum peſtilens au
ra corrumpit. Nunqꝫ abſqꝫ te procedat in publicum. Baſilicas marty
rum.⁊ eccleſias ſine matre nõ adeat. Nullus ei iuuenis.nullus cincin-
natus arrideat. Virgiliarum dies ⁊ ſolẽnes pernoctationes ſic virgun-
cula noſtra celebret.vt ne trãſuerſo quidem vngue a matre diſcedat. No
lo de ancillulis ſuis aliquam plus diligat.cuiꝰ crebro auribus ſuſurret.
Quicquid vni loquitur.hoc omnes ſciãt. Placeat ei comes nõ compta
neqꝫ formoſa atqꝫ laſciua.quę liquido gutture carmen dulce moduletur
ſed grauis.pallẽs.ſordidata.ſubtriſtis.proponatur ei probę fidei.ac mo
rum ⁊ pudicitię virgo veterana. quę illã doceat.⁊ aſſueſcat exemplo ad
orationes ⁊ pſalmos nocte cõſurgere.mane hymnos canere.tercia.ſexta
nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem chriſti. Accenſaqꝫ lucerna red-
dere ſacrificium veſpertinum. Sic dies tranſeat.ſic nox illam inueniat
laborãtem.orationi lectio.lectiõi ſuccedat oratio. Breue videbitur tem-
pus.quod tantis dierum varietatibꝰ occupatur. Diſcat lanam facere.te
nere colum.ponere in gremio calathum.rotare fuſum.ſtamina pollice
ducere.ſpernat bombicum telas.ſericũ:vellera ⁊ aurum in fila lenteſcẽs
Talia veſtimẽta portet quibus pellatur frigus.non quibus veſtita cor
pora nudẽtur. Cibus eius oluſculum ſit ⁊ ſimila.caroqꝫ et piſciculi. Et
ne gulę p ręcepta longius traham.de quibus in alio loco plenius ſum lo
cutus.ſic comedat vt ſtatim eſuriat.vt ſtatim poſt cibum poſſit legere ⁊
pſallere. Diſplicent mihi(in teneris maxime ętatibus)longa et immo-
derata ieiunia.in quibus iungũtur hebdomades ⁊ oleę in cibo.ac poma

vetantur. Experimento didici. aſellum in via cum laſſus eſt. diuerticu-
la quęrere. Faciant hoc cultores Iſidis et Cybele. qui guloſa abſtinen-
tia phaſides aues. ac fumantes turtures vorant. ne ſcilicet cęrealia dona
contaminēt. hoc in perpetuo ieiunio ſit pręceptum. vt legitimi itineris
vię perpetuo ſuperētur. ne in prima manſione currentes. corruamus in
medijs. Ceterum vt ante ſcripſi. in quadrageſima continentię vela pen
denda ſunt. et tota aurigę rheticula equis laxāda properātibus. Quan-
q̄ꝫ alia ſit conditio ſęcularium. alia virginum et monachorum. Sęcu-
laris homo in quadrageſima ventris ingluuiem decoquit. et in cochlea-
rum morem ſuo ipſe ſucco ſuſtentatur. vt futuris dapibus ac ſaginę ali-
quantulum parcat. Uirgo ⁊ monachus ſic in quadrageſima cibos di-
mittant. vt ſibi meminerint ſemper eſſe currēdum. Finitus labor mode
ratior. infinitus immoderatior eſt. Ibi enim reſpiramus. hic perpetuo
incedimus. Sed quando ad ſuburbana pergis. domi filiam non relin-
quas. neſciat ſine te poſſe viuere ⁊ cum ſola fuerit. pertimeſcat. non habe
at colloquia ſęcularium. et malarum virginum contubernia. Non in-
terſit nuptijs ſeruulorum. neqꝫ familię perſtrepitus luſibus miſceatur.
Scio pręcepiſſe quoſdam. ne virgo chriſti cum eunuchis lauet. nec cum
maritatis fœminis. quia alij non deponāt animos virorum. alię tumen
tibus vteris pręferant fœditatem. Mihi omnino in adulta virgine la-
uacra diſplicēt. quę ſeipſam debet ⁊ erubeſcere. et nudam videre non poſ
ſe. Si enim vigilijs ⁊ ieiunijs macerat corpus ſuum ⁊ in ſeruitutem re
digit. ſi flammam libidīs ⁊ incentiuę feruentius extinguere cupit conti
nentię frigore. ſi appetitus ſordidꝰ turbare feſtinat naturalem pulchri-
tudinem. cur econtrario balnearum fomentis ſopitos ignes ſuſcitat?
Pro gemmis et ſerico diuinos codices amet. quibus non auri ⁊ pellis
Babylonię vermiculata pictura. ſed ad fidem placeat emendata ⁊ erudi
ta diſtinctio. Diſcat primo pſalterium. his ſe canticis ſanctam vocet. et
in Prouerbijs Salomonis erudiatur ad vitam. In Eccleſiaſten con-
ſueſcat quę mundi ſunt calcare. In Iob virtutis ⁊ patientię exempla ſe
ctetur. Ad euangelia tranſeat. Iamqꝫ ea poſitura de manibus. apoſtolo
rum acta ⁊ epiſtolas tota cordis imbibat voluntate. Cumqꝫ pectoris ſui
cellarium his opibus locupletauerit. mandet memorię prophetas Pen
thateucum et Regum et Paralipomenon libros. Eſdre quoqꝫ et He-
ſter volumina. Ad vltimum ſine periculo diſcat Cāticum canticorum:
quem ſi in exordio legerit. ſub carnalibꝰ verbis ſpiritalium nuptiarum
epithalamium non intelligens. periculū eſt ne vulneretur. Caueat om-

nia apocripha. Et ſi quando ea nõ ad dogmatũ veritatem. ſed ad ſigno-
rum reuerentiam legere voluerit. ſciat non eorum eſſe quorum titulis
prenotantur Multaq̄z his admixta vitioſa. ⁊ grandis eſſe prudentię
aurũ in luto quęrere. Cypriani opuſcula ſemper in manu teneat Atha
naſij epiſtolas ⁊ Hilarij libros inoffenſo currat pede. Illorum tractati-
bus. illorum delectetur ingenijs. in quorum libris pietas fidei non va-
cillat. Ceteros ſic legat. vt magis iudicet q̄z ſequat̃. Reſpõdebis. Quo-
modo hęc omnia mulier ſęcularis in tanta frequentia hominum Ro-
mę cuſtodire potero? Noli ergo ſubire onus quod ferre non potes. ſed
poſtq̄z ablactaueris eam cum Iſaac. et veſtieris cum Samuele mitte
auię ⁊ amitę. Redde precioſiſſimã gemmam Marię. et cunis Jeſu va-
gientis impone. Nutriatur in monaſterio. ſit inter virginum choros.
iurare non diſcat. mentiri ſacrilegium putet. neſciat ſeculum. viuat an-
gelice. ſit in carne ſine carne. Omne hominum genus ſui ſimile putet.
et vt cętera taceam. certe te liberet ſeruandi difficultate. ⁊ cuſtodię peri-
culo: melius eſt deſiderare abſentem q̄z pauere ad ſingula. quid loquatur:
cum quo loquatur. cui annuat. quē libenter aſpiciat. Trade Euſtochio
paruulam. cuiꝰ nunc ⁊ ipſe vagitus pro te oratio eſt. trade comitem ſan-
ctitatis futuram heredem. illam videat. illam amet. illam primis mere-
tur ab annis. cuiꝰ et ſermo ⁊ inceſſus et habitꝰ doctrina virtus eſt. Sit
in gremio auię. quę repetat in nepte quicquid premiſit in filia. quę lon
go viſo didicit nutrire. ſeruare. docere virgines. in cuius corona centena
rij quotidie numeri caſtitas texitur. Foelix virgo. foelix paula Toxotij.
quę per auię amitęq̄z virtutes nobilior eſt ſanctitate q̄z genere. O ſi ti-
bi contingeret ſocrum ⁊ cognatam tuam cernere. ⁊ in paruis corpuſcu-
lis ingentes animos contuereris. pro inſita tibi pudicitia non ambige
rem quin precederes filiam. ⁊ primam dei ſentẽtiam in ſecũdam euange
lij legem mutares. ⁊ paruipenderes aliorum deſideria liberorum. ⁊ teip-
ſam magis offerres deo. Sed quia tempꝰ eſt amplexandi ⁊ tempus lon
ge fieri a complexibꝰ. ⁊ vxor non habet poteſtatem corporis ſui. ⁊ vnuſ
quiſq̄z in qua vocatione vocatus eſt in ea permaneat in domino. et qui
ſub iugo eſt. ita debet currere. ne in luto comitem derelinquat. totum red
de in ſobole. quod in te interim diſtuliſti. Anna filium quem deo voue-
rat. poſtq̄z obtulit in tabernaculo nunq̄z recepit. indecens arbitrata. vt
futurus propheta in eius domo creſceret. quę adhuc alios habere cupie
bat. Deinde poſtq̄z concepit ⁊ peperit. non eſt auſa ad templum accede-
re. et vacua apparere coram domino. niſi prius redderet quod debebat.

taliq3 immolato ſacrificio. reuerſa domum. quinq3 liberos ſibi genuit. qꝛ primogenitū deo peperat Miraris foelicitatē ſanctę mulieris. imitare fidem. Ipſe ſi Paulam miſeris. ⁊ nutritium ⁊ magiſtrum ſpondeo: geſtabo humeris. balbutiētia ſenex verba formabo. multo glorioſior mūdi philoſopho. qui nō regem Macedonum Babylonio periturum veneno. ſed ancillam ⁊ ſponſam Chriſti erudiam: regnis coeleſtibus offerendam.

## Incipit epiſtola beati Hieronymi ad Eliodorum

nondum epiſcopum exhortatoria: quia illum hortatur: vt domo: cognatis diuitiiſq3 relictis ad eremum deo militaturus accedat. pericula habitationis in vrbib9 ſeruis dei et demonum tentamēta deſcribens. Ubi etiam ambitum reprimit ſacerdotij ac epiſcopatus: de periculo illius ſtatus ediſſerens. et eremum ac ſolitudinem efferens: ad extremum futurum iudicium repreſentans.

## ¶ Epiſtola.

Quanto amore et ſtudio contenderim: vt pariter in eremo moraremur cōſcium mutuę charitatis pectus agnoſcit. quibus lamentis: quo dolore. quo gemitu: te abeunte proſecutus ſim: iſtę quoq3 litterę teſtes ſunt. quas lachrymis cernis interlitas Uerum tu quaſi paruulus delicatus cōtemptum rogantis per blandimenta fouiſti. ⁊ ego incautus: quid tunc agerem neſciebam. Facerem? Sed quod ardenter volebam. moderate diſſimulare non poteram. Impenſius obſecrarē? ſed audire nolebas: quia ſimiliter non amabas. quod vnū potuit: ſpreta charitas fecit. quem pręſentem retinere non valuit: quęrit abſentem. Quoniam igitur ⁊ tu ipſe abiens poſtularas. vt tibi poſtq̄3 ad deſerta migraſſem inuitatoria ad te ſcripta tranſmitterem. ⁊ ego me facturum promiſeram. Inuito. Iam propera. Nolo priſtinarum neceſſitudinum recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te antiquę peregrinationis terreat difficultas. Quę in Chriſtum credis. ⁊ eius crede ſermonibus. Quęrite primum regnum dei. et hec omnia opponentur vobis. Non pera tibi ſumenda. non virga eſt. Affatim diues eſt. qui cum Chriſto pauper eſt. Sed quid ago? Rurſus improuidus obſecro. Abeant preces. blandimenta diſcedant. Debet amor leſus iraſci.

Qui rogantem contempſeras. forſitan audias obiurgantem. Quid fa
cis in paterna domo delicate miles? vbi vallū? vbi foſſa? vbi hyems acta
ſub pellibus? Ecce de cœlo tuba canit? Ecce cum nubibus debellaturus
orbem. Imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex re-
gis ore procedēs Obuia queqꝫ metit. ⁊ tu mihi de cubiculo ad aciem. tu
de vmbra egrederis ad ſolem. Corpꝰ aſſuetum tunica. lorice onus nō fert
Caput opertum lintheo. galeam recuſat Mollem ocio manum durus
exaſperat capulus. Audi edictum regis tui. Qui nō eſt mecum. contra
me eſt. ⁊ qui mecum nō colligit ſpargit. Recordare tyrocinij tui diem.
quo Chriſto in baptiſmate cōſepultus. in ſacramenti verba iuraſti. pro
nomine eius nō te patri parciturꝫ eſſe. nō matri. Ecce aduerſarius in pe
ctore tuo Chriſtum conatur occidere. Ecce donatiuū quod militaturus
acceperas. hoſtilia caſtra ſuſpirāt. Licet paruulus ex collo pendeat ⁊ ne
pos. licet ſparſo crine et ſciſſis veſtibus. vbera quibꝰ te nutrierat mater
oſtendat. Licet in limine pater iaceat. percalcato perge patre. ſiccis ocu
lis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genꝰ eſt in hac re eſſe cru
delem. Veniet. veniet poſtea dies: quo victor reuertaris ī patriam. quo
Hieroſolymam cœleſtem vir fortis coronatꝰ incedas. Tunc municipa
tum cum Paulo capies. Tunc ⁊ parētibus tuis eiuſdem ciuitatis ius
petes. Tunc ⁊ pro me rogabis. qui te vt vinceres. incitaui. Neqꝫ vero
neſcio qua te dicas nūc cōpede prepediri. Nō eſt nobis ferreum pectus
nec dura pcordia. Nō ex ſilice natos Hyrcane nutriere tigrides. ⁊ nos
per iſta tranſiuimꝰ. Nunc tibi blandis vidua ſoror heret lacertis. nūc
illi cum quibꝰ adoleuiſti vernaculi aiūt. Cui nos ſeruituros relinquis?
Nunc et gerula quondam: iam anus. ⁊ nutritius ſecundus poſt natu-
ralem pietatis patrem clamitāt. Cui nos morituros relinquis? Expe-
cta pauliſper ⁊ ſepeli cras forſitan morituros. Et laxis vberum pellibꝰ
mater. arata rugis fronte. antiquū referens mamma lallare cōgeminet.
Dicant ſi volunt ⁊ grandiloqui. In te omnis domus inclinata recum-
bit. Facile rumpit hec vincula amor Chriſti. et gehēne timor. At cōtra
ſcriptura precipit parētibus obſequēdum Sed quicūqꝫ eos ſuper chri
ſtum amat. perdit animam ſuam. Gladium tenet hoſtis vt me perimat
et ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrem militiam Chri-
ſti deſeram. cui ſepulturam Chriſti cauſa nō debeo? Domino paſſuro ti-
mide Petrus conſulens ſcandalum fuit. Paulus renitētibus ſe fratri
bus. ne Hieroſolymam pergeret. reſpondit. Quid facitis plorantes. et
conturbātes cor meum? Ego enim nō ſolum ligari. ſed et mori in Hie

ruſalem paratus ſum pro nomīe domini noſtri Jeſu chriſti. Aries iſte
pietatis quo fides quatitur euangelij. retundendus eſt mucrone. Ma-
ter mea ⁊ fratres mei hi ſunt. quicumqȝ faciūt voluntatē patris mei qui
in coelis eſt. Si credūt in Chriſtum. faueāt mihi pro eiꝰ nomīe pugna-
turo. Si non credūt. mortui cōſepeliant mortuos ſuos. Sȝ hocais in
martyrio. Erras frater erras. Si putas vnqȝ chriſtianum perſecutio-
nem nō pati. ⁊ tūc maxime oppugnaris. ſi te oppugnare neſcis. Aduer
ſariꝰ noſter tanqȝ leo rugiēs. aliquem deuorare quęrēs circuit. ⁊ tu pacē
putas? Sedet in inſidijs cum diuitibꝰ. vt in occultis interficiat innocē
tem. Oculi eiꝰ in pauperem reſpiciūt. Inſidiat̃ in occulto ſicut leo ī ſpe
lunca ſua. inſidiat̃ vt rapiat pauperem. Et tu frondoſę arboris tectꝰ vm
braculo. molles ſomnos futurꝰ pręda carpis. Inde me pſequit̃ luxuria.
Inde auaricia conatur irrumpe. Inde venter meꝰ vult mihi deꝰ eſſe pro
chriſto. Compellit libido vt habitātem in me ſpūm ſanctum fugem. vt
templum eiꝰ violem. Perſequit̃ inquā in hoſtis. Cui nomīa mille. mil-
le nocēdi artes. Et ego infoelix victorem me putabo. dum capior? No-
lo ego te frater chariſſime exanimato pōdere delictoꝝ minora credas ido
latrię nomīa eſſe quę diximus. Immo apoſtoli diſce ſentētiam qui ait.
Hoc eñ ſcitote ītelligētes. q? omnis fornicator. aut immūdus. aut aua
rus. aut fraudator. qđ eſt idolorum ſeruitꝰ. non hȝ hęreditatē in regno
Chriſti ⁊ dei. Et qȝqȝ generaliter aduerſum deum ſapiat quicqđ diaboli
eſt. ⁊ quod diaboli eſt idolatria ſit. cui omnia idola mancipant̃. Tamē ⁊
in alio loco ſpeciatim. nominatimqȝ determīat dicēs. Mortificate mē-
bra veſtra quę ſunt ſuper terram. deponētes fornicatiōem. immūdiciam
et cōcupiſcētiam malam. ⁊ cupiditatem. ⁊ auariciam. quę ſunt idoloꝝ
ſeruitus. propter quę venit ira dei in filios diffidētię. Non eſt tantum
in eo ſeruitus idoli. ſi quis duobꝰ digitulis thura compreſſa in buſtum
are iaciat. aut hauſtum patera poculum fundat merum. Neget auarici
am eſſe idolatriam. qui poteſt triginta argēteis dominum vēditum ap
pellare iuſticiam. Neget ſacrilegium eſſe qui in libidine ſedet. qui mem-
bra chriſti ⁊ hoſtiam viuam placētem deo. cum publicarum libidinum
victimis nefaria colluuione violauit. Non fateatur fraudem idolatri-
am eſſe. ſed ſimiles eorum. qui in actibus apoſtolorum ex patrimonio
ſuo partem precij reſeruantes. pręſenti periere vindicta. Animaduer-
te frater non tibi licere de tuis quicquam habere rebus. Omnis (in-
quit dominus) qui non renunciauerit omnibus quę poſſidet. non po
teſt meus eſſe diſcipulus. Cur timido animo chriſtianus es? Reſpice
cum Petro relictum rhete. Reſpice ſurgētem de theloneo publicanum

ſtatim apoſtolum. Filius hominis non habet vbi caput ſuū reclinet. et
tamē amplas porticus. ⁊ ingentia tectoꝝ ſpacia metiris: hereditatē ex-
pectās ſeculi: coheres chriſti eſſe nō poteris Interpretare vocabulū mo
nachi: hoc eſt nomen tuū. Quid facis in turba qui ſolus es? Et hoc ego
non integris: rate vel mercib⁹: nec quaſi ignarus fluctuū doctus nauta
premoneo: ſed quaſi nuper e naufragio eiectus: in litus timida nauiga
turus voce denuncio. In illo eſtu charybdis luxurie ſalutem vorat. Ibi
ore virgineo: ad pudicicie perpetrāda naufragia: ſcylleum ridens libi-
do blanditur. Hic barbarum litus. Hic diabolus pirata cum ſocijs por
tat vincula capiēdis. Nolite credere: nolite eſſe ſecuri. Licet in modum
ſtagni fuſum equor arrideat: licet vix lumina iacētis elemēti ſpiritu ter-
ga criſpētur: magnos hic campus montes habet intus incluſos Intus
eſt periculum: intus eſt hoſtis. Expedite rudentes. vela ſuſpēdite. Crux
antenne figatur in frontibus: tranquillitas iſta tempeſtas eſt. Sed
forſitan dicturus es. Quid ergo? Quicumqꝫ in ciuitate ſunt chriſtiani
non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſa que ceteris. Audi dominum dicen-
tem. Si vis perfectus eſſe. vade vende omnia tua. ⁊ da pauperib⁹. ⁊ ve-
ni ſequere me. Tu autem perfectum te eſſe pollicit⁹ es. Nam cum dere-
licta domo ⁊ militia: te caſtraſſes ꝓpter regna coelorū: quid aliud qꝫ per
fectam ſectatus es vitam? Perfectus autem ſeru⁹ chriſti. nihil p̄ter chri
ſtum habet. Atſi quid preter chriſtum habet: perfectus non eſt. Et ſi ꝑ
fectus non eſt. cum ſe perfectum fore deo pollicit⁹ ſit: deo ante mentitus
eſt. Os autem quod mentit̄ occidit animam. Igitur vt cōcludam. Si
perfect⁹ es: cur bona paterna deſideras? Si perfectus non es. dominum
fefelliſti. Diuinis euāgelium vocibus tonat. Non poteſtis duobus do-
minis ſeruire. Non eīm poteſtis deo ſeruire ⁊ māmone. Et audet quiſqꝫ
mendacem Chriſtum facere: māmone ⁊ domino ſeruiēdo? Vociferatur
ille ſepe. Si quis vult poſt me venire: abneget ſemetipſum. ⁊ tollat cru
cem ſuam ⁊ ſequatur me Et ego onuſtus auro arbitror me chriſtum ſe-
qui? Qui dicit ſe in chriſtum credere: debet quomodo ille ambulauit ⁊ ip
ſe ambulare. Qꝫ ſi nihil habes (vt te reſponſurum ſcio) cur tam bene pa
ratus ad bella non militas? niſi forte in patria tua te arbitraris hoc face
re. cum in ſua domin⁹ ſigna non fecerit. Cur id cum auctoritate ſumma
defendis? Sume reſpōſionem. Nemo propheta in patria ſua honorem
habet. Non quero inquies honorem: ſufficit mihi cōſcientia mea. Ne
qꝫ domin⁹ querebat. Quippe ne a turbis rex cōſtitueret̄. aufugit. Sed
vbi honor non eſt. ibi cōtemptus eſt. Ubi autem cōtemptus. ibi frequē
ter iniuria. Ubi autem iniuria. ibi ⁊ indignatio. Ubi indignatio. ibi et

quies nulla. Ubi quies nulla. ibi mens a propoſito ſepe deducitur. Ubi autem alicui per inquietudinem aliquid aufertur ex ſtudio. minꝰ fit ab eo quod tollitur. Et vbi minꝰ eſt. perfectum non poteſt dici. Ex hac ſupputatione illa ſumma naſcitur. monachum perfectum in patria ſua eſſe non poſſe. Perfectum autem eſſe nolle delinquere eſt. Sed de hoc gradu pulſus. prouocabis ad clericos. An de his aliquid audeā dicere: qui certe in ſuis vrbibus cōmorantur? Abſit autem vt quicq̄ de his ſiniſtrum loquar: qui apoſtolico gradui ſuccedentes. Chriſti corpus ſacro ore conficiūt: per quos ⁊ nos chriſtiani ſumus. Qui claues regni coelorum habentes: quodāmodo ante iudicij diem iudicant: qui ſponſam domini ſobria caſtitate cōſeruant. Sed ⁊ alia (vt ante perſtrinxi) monachorum ē vita. alia clericorum. Clerici oues paſcunt. ego paſcor. Illi de altario viuūt: mihi quaſi infructuoſe arbori: ſecuris ponitur ad radicem. Si munus ad altare non defero. nec poſſum obtendere paupertatē: cum in euangelio anum viduam: duo que ſola ſibi ſupererant era. mittētem in gazophilatium laudat dominꝰ. Mihi ante preſbyterū ſedere non licet. Illi ſi peccauero. licet tradere me ſathane in interitum carnis vt ſpiritꝰ ſaluus ſit in die domini ieſu. Et in veteri quidem lege. quicunq̄ ſacerdotibus non obtemperaſſet. aut extra caſtra poſitus lapidabaᷓ a populo. aut gladio ceruice ſubiecta cōtemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediēs ſpiritali mucrone truncatur. aut eiectus de eccleſia rabido demonū ore diſcerpitur. q̄ ſi te quoq̄ ad eundem ordinē pia fratrum blandimenta ſollicitāt: gaudebo de aſcenſu. timebo de lapſu. Qui epiſcopatum deſiderat/ bonum opꝰ deſiderat. Scimus iſta: ſed iunge quod ſequitur. Oportet autem huiuſmodi irreprehēſibilem eſſe: vnius vxoris virum. ſobriū. pudicum. prudentem. ornatum. hoſpitalem. docibilem. non vinolentū. non percuſſorem. ſed modeſtum. ⁊ ceteris que de eo ſequūtur explicitis: non minorem in tercio gradu adhibuit diligētiam dicēs. Diaconos ſimiliter pudicos. non bilingues. non multo vino deditos. non turpis lucri appetitores: habētes miniſterium fidei in cōſcientia pura. Et hi autem probētur primum. ⁊ ſic miniſtrēt nullum crimen habētes. Ue illi homini qui veſtem non habens nuptialem ingrediᷓ ad coenam. Nihil ſupereſt niſi vt ſtatim audiat. Amice quomodo huc intraſti. nō habens veſtem nuptialem? Et illo obmuteſcēte dicatur miniſtris. Tollite illū: ligatis manibꝰ ⁊ pedibus. ⁊ mittite eum in tenebras exteriores. vbi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Ue illi homini qui acceptum talētum in ſudario ligās: ceteris lucra facientibꝰ. id tantum quod acceperat reſeruauit. Ilico indignātis domini reſpōſione ac clamore ferietur. Serue nequā:

quare non dediſti pecuniam meam ad menſam. ⁊ ego veniens cum vſu-
ris exegiſſem eam: id eſt. depoſuiſſes ad altare quod ferre non poteras.
Dum enim tu ignauus negociator denarium tenes. alterius locum qui
pecuniam duplicare poterat. occupaſti. Quam ob rem ſicuti qui bene
miniſtrat bonum opus ſibi acquirit. ita qui indigne ad calicem domini
accedit. reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Nō omnes epiſcopi. epi-
ſcopi ſunt. Attēdis Petrum. ſed ⁊ iudam cōſidera. Stephanum ſuſpi
cis. ſed et Nicolaum reſpice. quem dominus (vt Joānes teſtatur in Apo
calypſi) ſua damnat ſententia. Qui tam turpia ⁊ nefanda cōmentatus eſt.
vt Nicolaitarum hereſis ex illa radice naſcatur. Probet ſe vnuſquiſq̄.
et ſic accedat. Non facit eccleſiaſtica dignitas chriſtianum. Cornelius
centurio adhuc ethnicus. dono ſancti ſpiritus mundatur. Preſbyteros
Daniel puer iudicat. Amos ſycomorum mora deſtringēs. repente pro-
pheta effectus eſt. Dauid paſtor eligitur in regem. Minimum diſcipu
lum Jeſus amat plurimum. Inferius frater accumbe. vt minore adue-
niente. ſurſum iubearis aſcendere. Super quem dominus requieſcit. ni
ſi ſuper humilem ⁊ quietum. ⁊ trementem verba ſua: Cui plus cōmitti-
tur. plus ab eo exigitur. Potentes potenter tormēta patientur. Nec ſi
bi quiſquā de corporis tantum mundi caſtitate ſupplaudat. cum de om
ni verbo ocioſo quodcūq̄ locuti fuerint homines. reddituri ſunt pro eo
rationē in die iudicij. cum etiam cōuitium in fratrem. homicidij ſit rea
tus. Non eſt facile ſtare loco Pauli. tenere gradū Petri. iam cum Chri
ſto regnātium. ne forte veniat angelus qui ſcindat velum templi tui. et
candelabrū tuū de loco moueat. Edificaturus turrim futuri operis ſum-
ptus ſupputa. Infatuatum ſal ad nihil ē vtile. niſi vt proijciatur foras.
et a porcis cōculcetur. Monachus ſi ceciderit. rogabit pro eo ſacerdos.
Pro ſacerdotis lapſu quis rogaturus eſt: Sed quoniam de ſcopuloſis lo
cis enauigauit oratio ⁊ inter cauas ſpumeis fluctibus cautes fragilis in
altum cymba pceſſit. expādenda vela ſunt ventis. ⁊ queſtionū ſcopulis
trāſuadatis. letātiū more nautarum. epilogi celeuma cantādū eſt. O deſer
tū chriſti vernās. o ſolitudo in q̄ illi naſcuntur lapides. de qbus ī Apocalypſi
ciuitas magni regis ↄſtruitur. O eremus familiarius deo gaudens. Quid
agis frater ī ſclo. q̄ maior es mūdo: Quādiu te tectorū vmbre pmūt. q̄
diu fumoſarum vrbiū carcer includit: Crede mihi. neſcio q̄d plus lucis aſpi-
cio Libet ſarcina corporis abiecta ad purum etheris volare fulgorē Paup-
tatē times. ſz btōs paupes xps appellat. labore terreris. neō athleta ſine ſu
dorē coronatur De cibo cogitas. ſz fides famē nō timz. ſup nudā metuis hu
mū exeſa ieiunijs mēbra collidē. ſz dn̄s tecū iacet Squallida capitis hor

ret inculta ceſaries. ſed caput tuū Chriſtus eſt. Infinita eremi vaſtitas
terret. ſed tu paradiſum mente deambula. Quotieſcumq; illuc mente
conſcenderis. totiens in eremo non eris. Scabra ſine balneis attrahi-
tur cutis. Sed qui in Chriſto ſemel lotꝰ eſt. non trahet neceſſe iterum
lauare. Et vt breuiter ad cuncta audias apoſtolum reſpōdentem Non
ſunt condigne inquit paſſiōes huius ſeculi ad ſuperuēturam gloriam
que reuelabitur in nobis. Delicatus es frater ſi et hic vis gaudere cum
ſeculo. ⁊ poſtea regnare cum chriſto. Ueniet veniet illa dies qua corru-
ptiuū hoc ⁊ mortale incorruptionem induat ⁊ immortalitatem. Bea-
venerit tus ſeruꝰ quem cum dominꝰ inuenerit vigilantem. Tunc ad vocem tu
be pauebit terra cum populis: tu gaudebis. Judicaturus cum domino
lugubre mūdus immugiet. ⁊ tribꝰ ad tribus pectora ferient. Potentiſſi
mi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cū prole ſua
Uenus. Tunc ignitus Jupiter adducetur. ⁊ cum ſuis ſtultus Plato
diſcipulis. Ariſtotelis argumenta non proderunt. Tunc tu ruſticanꝰ
et exultabis. et ridebis. ⁊ dices. Ecce crucifixus deus meus. ecce iudex
qui obuolutꝰ pannis in preſepio vagijt. Hic eſt ille operarij ⁊ queſtua
rie filius. hic qui matris geſtatus ſinu hominem deus fugit in egyptū.
hic veſtitus coccino. hic ſentibus coronatꝰ. hic magus demonium ha-
bens ⁊ ſamarites. Cerne manus iudee quas fixeras. cerne latꝰ Roma-
ne quod foderas. Uidete corpus an idem ſit quod dicebatis clam nocte
ſuſtuliſſe diſcipulos. Dilectio tua me cōpulit. vt hec tibi frater dicerē.
et vt intereſſe contingat quibꝰ nunc labor durꝰ eſt.

## Finiunt epiſtole hieronymi

## Sequūtur epiſtole Tullij.

## Epiſtole

## C M.T.C. Terentię Tulliolę et ciui bus. S.D.

### C Epiſtola.

EX litteris multorū ⁊ ſermone omnium perfertur ad me in-
credibilem tuam virtutem ⁊ fortitudinem eſſe teqꝫ nec ani-
mi: nec corporis laboribꝰ defatigari. Me miſerū. te iſta vir-
tute. fide. probitate. humanitate. in tātas erumnas propter me incidiſſe
Tulliolamqꝫ noſtrā. ex quo patre tantas voluptates capiebat. ex eo tan
tos percipere luctus. nam quid ego de Cicerone dicam. qui cum primū
ſapere coepit acerbiſſimos dolores. miſeriaſqꝫ percepit. Quę ſi ita vt tu
ſcribis fato facta putarē. ferrem paulo facilius. ſed omnia ſunt mea cul-
pa cōmiſſa. qui ab his me amari putabam qui inuidebant. eos non ſeque
bar qui petebant. quod ſi noſtris cōſilijs vſi eſſemꝰ. neqꝫ apud nos tan
tum valuiſſet ſermo. aut ſtultorum amicorum. aut improborum beatiſſi
mi viueremꝰ. Nunc quādo ſperare nos amici iubent. dabo operam. ne
mea valitudo tuo labori deſit. Res quanta ſit intelligo. quātoqꝫ fuerit fa
cilius manere domi q̄ꝫ redire. ſed tamē ſi omnes tribunoſ plę habemus.
ſi Lentulum tam ſtudioſum q̄ꝫ videtur. ſi vero etiam Pompeium et cę
ſarem non eſt deſperādum de familia quomodo placuiſſe amicis ſcribis
faciemus. De loco nūc quidem abijt peſtilentia. ſed quādiu fuit me non
attigit. Plancus homo officioſiſſimꝰ me cupit eſſe ſecum. ⁊ adhuc reti
net. Ego volebam loco magis deſerto eſſe in Epiro. neqꝫ Piſo veniret
nec milites. ſed adhuc Plancus me retinet. ſperat poſſe fieri vt mecum
in italiam decedat. Quem ego diem ſi videro. et ſi in veſtrum cōplexum
venero. ac ſi et vos ⁊ meipſum recuperaro ſatis mihi magnum fructum
videbor percepiſſe. ⁊ veſtrę pietatis ⁊ meę Piſonis humanitas. virtus.
amor in omnes nos tātus eſt vt nihil ſupra poſſit. Utinam ea res ei vo
luptati ſit glorię q̇dē video fore. De. Qu. fratre nihil ego te accuſaui. ſꝫ
vos quum preſertim tam paucis ſitis volui eſſe q̄ꝫ coniūctiſſimos Qui
bus me voluiſti agere gratias egi. et me a te certiorem factum eſſe ſcripſi
quod ad me mea Terētia. ſcribis te vicum vendituram. Quid obſecro
te me miſerum: Quid futurum eſt: Et ſi nos premet eadem fortuna q̇d
puero miſero fiet: Non queo reliqua ſcribere: tanta vis lachrymarum
eſt. neqꝫ te in eundem fletum adducam. Tantum ſcribo ſi erūt in officio
amici. pecunia non deerit ſi non erunt. tu efficere tua pecunia non pote-
ris. Per fortunas miſeras noſtra vide ne puerum perditum perdamus
Cui ſi aliquid erit. ne egeat mediocri virtute opus eſt. ⁊ mediocri fortu-

na vt cetera cōſequātur. Fac valeas. et a me tabellarios mittas. vt ſciam quid agat ⁊ vos quid agatis. Mihi omnino iam breuis expectatio eſt. Tulliolę et Ciceroni ſalutē dic. Datū ad ſext. calē. decembris Durachij Durachium veni quod et libera ciuitatis eſt ⁊ in me officioſa ⁊ proxima Italię. Sed ſi offendet me loci celebritas. alio me conferam. ad te ſcribam.

M. C. Terentię. S. D.

Noli putare me ad quenqꝫ longiores epiſtolas ſcribere niſi ſi quis ad me plura ſcripſit cui puto reſcribere oportere. Nec eṁ habeo quod ſcribam. nec hoc tempore quicqꝫ difficiliꝰ facio. Ad te vero ⁊ ad noſtram Tulliolam non queo ſine plurimis lachrymis ſcribere. Uos eṁ video eſſe miſerrimas. quas ego beatiſſimas ſemp eſſe volui. idqꝫ pręſtare debui ⁊ niſi tam timidi fuiſſemꝰ pręſtitiſſime. Piſonē noſtrum merita eius amo plurimum. Eum vt potui per litteras cohortatꝰ ſum. gratiaſqꝫ egi vt debui. In nouis tribunis ple. intelligo ſpē te habere. id erit firmum ſi Pompei volūtas erit. ſed Craſſum tamē metuo. A te quidē omnia fieri fortiſſime ⁊ amātiſſime video nec miror ſꝫ mereo caſum eiuſmodi vt tantis tuis miſerijs męę miſerię ſubleuētur. Nam ad me. P. Ualerius homo officioſiſſimꝰ ſcripſit id. quod maximo cum fletu legi. quemadmodum a Ueſta ad tabulam valeriam ducta eſſes. Nam mea lux. meum deſiderium. vnde omnes opem petere ſolebat. te nūc mea Terentia ſic vexari. ſic iacere in lachrymis ⁊ ſordibus. idqꝫ fieri mea culpa qui cęteros ſeruaui vt nos periremus. Quod de domo ſcribis. id eſt de area. ego vero tum deniqꝫ mihi videor reſtitutus. ſi illa erit nobis reſtituta. Uerum hęc non ſunt in noſtra manu. Illud doleo quę impenſa facienda eſt in eius parte miſeram ⁊ deſpoliatam venire. Quod ſi conficitur negocium. omnia cōſequemur. Sed eadem fortuna nos pręmet etiam ne reliquias tuas miſeras proijcies. obſecro te vita mea. Quod ad ſumptum attinet. ⁊ ſine alios qui poſſunt ſi modo volunt ſuſtinere ⁊ valitudinem iſtam infirmā. ſi me amas noli vexare. Nam mihi ante oculos dies nocteſqꝫ verſaris. Omnes labores te excipere video. timeo vt ſuſtineas. Sed video in te eſſe omnia. Quare vt id quod ſperas. et quod agis conſequamur. ſerui valitudini. Et ad quos ſcribam neſcio. niſi ad eos qui ad me ſcribunt. aut ad eos de quibus ad me vos aliquid ſcribitis. Longius quoniam vobis ita placet. nō diſcedam. Sed velim quā ſępiſſime litteras mittatis. pręſertim ſi quid eſt firmius quod ſperemus. Ualete mea deſideria, valete. Datum ad tercias nonas Octobris Theſſalonicę.

¶M.C.Terentię Tul.et ci. S.D.

ACcepi ab Ariſtocrito tris epiſtolas.quas ego lachrymis ꝓpe dele
ui.Conficior em̄ moerore mea Terentia.nec me meę miſerię ma-
gis excruciāt quam tuę veſtręq;.Ego autem hoc miſerior ſum quam tu
quę es miſerrima quod ipſa calamitas cōmunis ē vtriuſq; noſtrum.ſ;
culpa mea ꝓpria eſt.Meum fuit officium.vel legatiōe vitare periculū.
vel diligētia ⁊ copijs reſiſtere vel cadere fortiter. Hoc miſerius.turpiꝰ.
indignius nobis nihil fuit.quare cum dolore cōficior.tum etiam pudo-
re.Pudet em̄ me vxori meę optimę.ſuauiſſimis liberis ꝟtutem ⁊ diligē
tiam nō preſtitiſſe.Nam mihi ante oculos dies nocteſq; verſat̄ ſqualor
veſter ⁊ moeror.⁊ infirmitas valitudīs tuę.ſpes autem ſalutis partenu
is oſtēdit̄.Inimici ſunt multi inuidi pene omnes. Eijcere nos magnū
fuit.excludere facile eſt.ſed tamen q̄ȝdiu vos eritis in ſpe nō deficiam:ne
omnia mea culpa cecidiſſe videantur.vt tuto ſim quod laboras id mihi
nūc facillimum eſt.quem etiam inimici volūt viuere in tantis miſerijs.
Ego tamē faciam quę precipis.Amicis quibꝰ voluiſti.egi grās.et eas
lrās Deſippo dedi.meq; de eoꝝ officio ſcripſi a te certiorem eſſe factum.
Piſonem noſtrum mirifico eſſe ſtudio in nos ⁊ officio .⁊ ego perſpicio.
et omnes ꝑdicāt.Dij faxint.vt tali genero mihi pn̄ti tecum ſimul ⁊ cum
liberis noſtris frui liceat.Nūc ſpes reliqua eſt in nouis tribuniſ ple. et
in ꝑmis quidem diebꝰ Nam ſi inueterarit actum eſt.Ea re ad te ſtatim
Ariſtocritum miſi.vt ad me cōtinuo initia rerum ⁊ rōnem totiꝰ nego-
cij poſſes ſcribere.Etſi Deſippo quoq; ita imperaui ſtatim vt recurrēt.
et ad frēm miſi vt crebro tabellarios mitteret.nam ego eo noīe ſum dura
chij hoc tempore.vt q̄ȝ celerrime quid agat̄ audiam ⁊ ſum tuto.Ciuitas
em̄ hęc ſemper a me defenſa eſt.quū inimici noſtri venire dicent̄.tum in
Epirum ibo.Quod ſcribis ſi velim te ad me venturū.Ego vero quum
ſciā magnam ꝑtem iſtiꝰ oneris abs te ſuſtineri iſtic ⁊ eſſe volo.Si per-
ficitis qd agitis.me ad vos venire oportet.ſin autē:ſed mihi eſt opꝰ reli
qua ſcribere.Ex ꝑmis aut ſummū ſecūdis lrīs tuis cōſtituere poterimꝰ
quid nobis faciēdum ſit.Tu modo ad me velim omnia diligētiſſime ꝑ-
ſcribas ⁊ ſi magis iam rem q̄ȝ lrās debeo expectare.Cura vt valeas.et ita
tibi perſuadeas mihi te carius nihil eē.neq; nunq̄ȝ fuiſſe. Uale mea Te
rentia quam ego videre videor.itaq; debilitor lachrymis.Pridie calen. de
cembris .Uale.

¶M.T.C.Terentię. S.D.

EGo minꝰ ſepe ad vos do lrās q̄ȝ poſſum:ꝓptēa quod cum oīa mi-
hi tempora ſunt miſera.tum vero quum aut ſcribo ad vos.aut veſtras le

go conficior lachrymis ſic vt ferre nō poſſum. Quod vtinam minꝰ vitę cupidus fuiſſem certe nihil aut nō multum in vita mali vidiſſemꝰ. Qđ ſi nos ad aliquam alicuiꝰ commodi aliquando recuperādi ſpem fortuna reſeruauit. minus eſt erratum a nobis. ſi hęc mala fixa ſunt. Ego vero te quam primum mea vita cupio videre. ⁊ in tuo complexu emori. quando neqꝫ dij: quos tu caſtiſſime coluiſti. neqꝫ homīes: q̄s ego ſeruaui ſemper nobis grām rettulerūt. Nos Brunduſij apud. M. Enniū Flaccū dies. xiij. fuimꝰ virum optimum. qui periculum fortunaꝝ et capitis ſui ꝓ mea ſalute neglexit. Neqꝫ legis improbiſſimę pœna deductꝰ eſt. quo minus hoſpicij ⁊ amicicię ius. officium q̄ pręſtaret. Huic vtinam aliquando grām referre poſſimꝰ Habebimꝰ quidem ſemꝑ. Brunduſio ꝓfecti ſumus ad quintum calen. maij per Macedoniam ⁊ circum petebamꝰ. O me ꝑditū O me afflictum. quid nūc rogem te vt venias. mulierem ęgrā et corꝑe et animo cōfectam. Nō rogem. Sine te igitͬ ſim opinor. Sic agam. ſi ē ſpes noſtri reditꝰ. eam cōfirmes ⁊ rem adiuues. ſin vt ego me tuo trāſactum eſt. quoquo modo potes ad me fac venias. Unum hoc ſcito ſi te habeo nō mihi videbor plane perijſſe. ſed q̇đ de Tulliola mea fiet: iam id vos videte. mihi nō eſt cōſiliū. Sꝫ certe quoquo modo res ſe habebit. illiꝰ Miſellę ⁊ matrimonio ⁊ famę ſeruiēdum eſt. Quid Cicero meꝰ. quid agetis. Te vero ſic in ſinu ſemꝑ ⁊ complexu meo. Non queo iam plura ſcribere. Impedit mœror. Tu q̇đ ederis neſcio. vtrum aliq̇đ teneas. an qđ metuo plane ſis ſpoliata. Piſonē vt ſcribis ſpero fore ſemper nr̄m. De familia liberata nihil eſt qđ te moueat Primum tuis ita ꝓmiſſum eſt te facturam eſſe. vt quiſqꝫ eēt meritꝰ Eſt autem in officio adhuc Orpheus. Pręteā magnoꝑe nemo ceteroꝝ ſeruorum. Ea cauſa ē: vt ſi res a nobis abeſſet liberti noſtri eſſent. ſi obtinere potuiſſent. Si ad nos ꝑtinerēt ſeruirēt. ꝑterqꝫ oppido pauci. ſed hęc minora ſunt. Tu qđ me hortaris vt animo ſim magno. ⁊ ſpem habeam recuperādę ſalutꝭ id velim ſit eiuſmodi. vt recte ſperare poſſimꝰ Nūc miſer quādo tuas iā lrās accipiam. q̇s ad me ꝑferet. quas ego expectaſſem Brunduſij. ſi eſſet licitum ꝑ nautas qui tempeſtatē pręmittē noluerūt. Quod reliquū eſt ſuſtēta te mea Terētia. vt potes. honeſtiſſime viximꝰ. floruimꝰ Nō vitium noſtrū. ſed virtꝰ noſtra nox afflixit. Peccatū eſt. nullum niſi quod vnam animā cum ornamētis amiſimꝰ. ſed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius nos viuē. cetera quanq̄ꝫ ferēda ſunt feramꝰ atqꝫ ego qui te cōfirmo ipſe me nō poſſum. Clodium Philateꝝ quod valitudīe impediebat oculoꝝ remi hominē fidelē. Saluſtius officio vincet oēs ſpes. Cennius eſt perbeniuolus nobis quē ſemꝑ ſpero tui fore obſeruātem. Sicca dixerat

ſe mecū fore. ſed Brundusio diſceſſit. Cura qd potes vt valeas. ⁊ ſic exiſtimes vehemētius me tua miſeria q̄ȝ mea cōmoueri. Mea Terentia fidiſſima atq̄ȝ optima vxor et mea cariſſima filiola ⁊ ſpes reliqua nr̄a Cicero valete. P̄ridie cal. maias de Brundu.

M. C. Teren. ſuę. S. D.

SI tu et Tullia lux noſtra valetis. ego ⁊ ſuauiſſim⁹ Cicero valem⁹. P̄ridie idus octobris Athenas venim⁹ quum ſane aduerſis ventis vſi eſſem⁹. tardeq̄ȝ ⁊ incōmode nauigaſſem⁹. De naui euntib⁹ nobis Achaſtus cum litteris preſto fuit. vno ⁊ vigeſimo die ſane ⁊ ſtrēnue. Accepi tuas lr̄as. quib⁹ intellexi te vereri. ne ſuperiores mihi reddite nō eſſent Omnes ſunt reddite diligētiſſimeq̄ȝ a te perſcripta ſunt omnia. Idq̄ȝ mihi gratiſſimū fuit. Neq̄ȝ ſum admiratus hanc epiſtolā quam Achaſtus attulit breuē fuiſſe. Jam em̄ meipſum expectas ſiue nosipſos. q̄ quidem ad vos q̄ȝprimū venire cupiam⁹ Et ſi in quā rempu. venim⁹ intelligo. cognoui em̄ ex multorū amicorum lr̄is. quas attulit Achaſtus ad arma rem ſpectare. vt mihi quū venero diſſimulare nō liceat qd ſentiā. Sed quādo ſubeunda fortuna eſt. eo citius dabim⁹ operam vt veniam⁹ quo facilius de tota re deliberem⁹. Tu velim qd cum cōmodo valitudis tuę fiat. q̄ȝlōgiſſime poteris obuiam nobis ꝓperes. De hereditate P̄reciana. quę quidem mihi magno dolori eſt. valde em̄ illum amaui hoc velim cures. Si auctio ante meū aduētum fiet. vt P̄ōponius. aut ſi minus poterit. Camill⁹ noſtrum negociū curet. Nos quū ſalui venerim⁹ reliqua ꝑ nos agem⁹. Sin tu iam roma ꝓfecta eris. tamē curabis vt hͦ ita fiat. ſi dij nos adiuuabūt circiter idus nonas in Jtalia ſperam⁹ fore. Uos mea ſuauiſſima ⁊ optatiſſima Terētia et Tulliola. ſi nos amatis curate vt valeatis. Athenis ad. xv. cal. no. Uale.

M. T. C. Terentię. S. D.

NEc ſępe eſt cui lr̄as demus. nec rem habem⁹ vllam quam ſcribē velim⁹. Ex tuis litteris quas proxime accepi. cognoui prędiū nullum venire potuiſſe. Quare videatis velim q̄uo ſatiſfiat ei. cui ſcitis me ſatiſfieri velle. Qd noſtra ſcribi quando ad illū ſcripſeram neceſſe nō fuit. De ea re ⁊ de ceteris reb⁹ quam primū velim nobis lr̄as mittas. Ualitudinem tuā grās agit. id ego nō miror te mereri. vt ea tibi merito tuo gratias agere poſſit. Pollucem ſi adhuc nō eſt profectus q̄ȝprimū fac extrudas. Cura vt valeas. Jdib⁹ quinti.

M. C. Terentię. S. D.

OMnes moleſtias ⁊ ſollicitudies quib⁹ ⁊ te miſerrimam habui. id quod mihi moleſtiſſimum eſt. Tulliolamq̄ȝ quę nobis noſtra vita dul-

cior eſt depoſui ⁊ eieci. Quid cauſę autē fuerit. poſtridie ītellexi q̄ȝ a vobis diſceſſi. ΧΟΚΡΑΤΟΝ ΛΗΝΑ noctu eieci ſtatim. Ita ſum leuat⁹. vt de⁹ mihi aliq̄d medicinam feciſſe videat᷑. Cui quidem tu deo quemadmodum ſoles pie ⁊ caſte ſatiſfacias. idem apollini et Aeſculapio. Nauem ſpero nos valde bonam hr̄e. in ea ſimul ac cōſcendi hęc ſcripſi. Deinde cōſcribam ad nr̄os familiares. multas epl'as. quib⁹ te et Tulliolā diligenter cōmendabo. Cohortarer vos q̄d animo fortiores eſſetis niſi vos fortiores cognoſcerē q̄ȝ quenq̄ȝ viroꝝ. Et tamē eiuſmodi ſpero negocia eē. vt et vos iſtic cōmodiſſime ſperem eſſe. ⁊ me aliqñ cum ſimilib⁹ nr̄i rem pub. defenſuꝝ. Ut primū valitudinē tuam velim cures. deinde tibi ſi videbit᷑ villis his vtere q̄ lōgiſſime aberūt a militib⁹. Eundo arpinati bene poteris vti cum familia vrbana. ſi annona carior fuerit. Cicero belliſſimus tibi ſalutem plurimam dicit etiam atq̄ȝ etiam. Uale. Datum. iij idus Junij.

M. C. Terentię. S. D.

SJ vales bn̄ eſt. ego q̄dē valeo. Ualitudinē tuā cures velim diligētiſſime. Nam mihi ⁊ ſcriptū ⁊ nunciatū eſt. te ī febrim ſubito incidiſſe. Q̄d celeriter me feciſti de Ceſaris lr̄is certiorē. feciſti mihi gratū. Item poſthac ſiquid op⁹ erit. ſiquid acciderit noui facies vt ſciā. Cura vt valeas. Uale Datū. iiij. nonas iunias.

M. C. Terentię. S. D.

AD ceteras miſerias acceſſit dolor ex Dolobellę valitudīe. et Tullię. oīno de oīb⁹ reb⁹. nec q̄d cōſilij capiā. nec q̄d faciā ſcio. Tu velim tuam et Tullię valitudinē cures. Uale.

M. C. Terentię. S. D.

QUid fieri placēt ſcripſi ad Pōponiū ſerius quā oportuit. Cū eo ſi locuta eris ītelliges q̄d fieri velim. Apertius ſcribi qñ ad illū ſcripſeram neceſſe nō fuit. De ea re ⁊ de ceteris reb⁹ q̄ȝprimū vel nobis lr̄as mittas. Ualitudinē tuā cura diligēter. Uale. vij. idus quinti.

M. T. C. Terentię. S. D.

SJ vales bene ē. ego q̄dē valeo. Tullia nr̄a venit ad me p̄die id⁹ iunij. cui⁹ ſumma v̄tute. ⁊ ſingulari hūanitate grauiore etiā ſum dolore affect⁹. nr̄a factū eſſe negligētia. vt lōge alia in fortuna eſſet atq̄ȝ ei⁹ pietas ac dignitas poſtulabat. nobis erat in aīo Ciceronē ad cęſarē mittē. ⁊ cū eo. Cn. Salu. ſi p̄fect⁹ erit faciā te certiorē. Ualitudinē tuā diligenter cura. Uale xiij. cal'. quin.

M. T. C Terē. S. D.

QUod nos in Italiam ſaluos veniſſe gaudes. p̄petuo gaudeas velī: ſȝ p̄turbati dolore aī. magniſq̄ȝ iiurijs. metuo ne id ꝯſilij cepim⁹

quod nõ facile explicare poſſim⁹. Quare quãtum potes adiuua. Quid autem poſſis mihi in mẽtem nõ venit. In viam qđ te des hoc tẽpore nihil eſt. ⁊ lõgum eſt iter ⁊ nõ tutum. Et nõ video quid prodeſſe poſſis ſi veneris. Uale Datũ pridie. no. Brunduſij.

¶ M. T. C. Terentię. S. D.

QUod ſcripſi ad te proximis litteris de nũcio remittẽdo. quę ſit iſtius vis hoc tpe. ⁊ quę cõcitatio multitudis ignoro. ſi metuẽdus irat⁹ eſt: quies tamẽ ab illo naſcet̃ fortaſſe. Totum iudicabis quale ſit. Et qđ in miſerrimis reb⁹ minime miſerꝝ putabis id facies. Uale. vij. idus quin.

¶ M. T. C. Terentię Tulliolę et Ci. S. D.

SI vos valetis: nos valem⁹. Ueſtrum iam cõſilium eſt nõ ſolũ meum qđ ſit nobis faciẽdum. ſi ille Romam modeſte ventur⁹. recte ĩ pręſentia domi eſſe poteſtis. Sin homo amãs diripiẽdam vrbem daturus eſt vereor vt Dolobella ipſe ſatis nobis ꝓdeſſe poſſit. Etiã illud metuo. ne iam intercludamini. vt quum velitis exire nõ liceat Reliquũ eſt qđ ipſe optime cõſiderabitis veſtri ſimiles fœminę ſint ne Romę. Si eñ ſunt videndũ eſt vt honeſtę vos eſſe poſſitis. Quãdo quidem nũc res ſe hꝫ modo vt hęc vobis loca tenere liceat. belliſſime vel mecũ vel in nr̃is prędijs eſſe poteritis. Etiam illud verẽdum eſt. ne breui tpe fames ĩ vrbe ſit. His de reb⁹ velim cum Põponio. cũ Camillo. cum qb⁹ vobis videbit̃ cõſideretis. Ad ſummã animo forti ſitis Labienus rem meliorem fecit. Adiuuat etiã Piſo qđ ab vrbe diſcedit. ⁊ ſceleris cõdemnat generꝝ ſuũ. Uos meę cariſſimę animę q̃ꝫ ſępiſſime ad me ſcribite. ⁊ vos qđ agatis. ⁊ quid iſtic agat̃. Quintus pater ⁊ fili⁹ et Ruffus vobis ſalutem dicunt. viij. cal'. quin. Menturnis.

¶ M. T. C. Terentię. S. D.

SI vales bene eſt. ego quidem valeo. Conſtitueram⁹ vt ad te ſcripſeram. obuiã Ciceronem Cęſari mittere. ſꝫ mutauim⁹ conſiliũ: quia de illius aduẽtu nihil audiebam⁹. De cęteris rebus ⁊ ſi nihil erat noui. tamẽ quid velim⁹. ⁊ quid hoc tpe putem⁹ opus eſſe. ex Sicca poteri s cognoſcere Tulliam adhuc mecum teneo. Ualitudinem tuam cura diligẽter Uale. xij. calen. quin.

¶ M. T. C. Terentię. S. D.

ETſi eiuſmodi tẽpora noſtra ſunt. vt nihil habeam qđ aut a te litterꝝ expectem. aut ipe ad te ſcribã. Tamẽ neſcio quomodo ⁊ ipſe veſtras lr̃as expecto. ⁊ ſcribo ad vos quum habeo q̃ ferat volumina. Debuit ĩ te officioſior eſſe quã fuit. ⁊ idipſum qđ fecit potuit diligẽtius facẽ ⁊ cautius. quanq̃ꝫ alia ſunt que magis curem⁹. magiſq̃ꝫ doleam⁹. Quę me ita

conficiunt vti ei voluerunt. qui me de mea ſententia detruſerunt. Cura vt valeas.

¶ M. C. Terẽtię. S. D.

SI quid haberem qđ ad te ſcriberem. facerem id ⁊ plurib⁹ verbis ⁊ ſepius. Nũc quę ſunt negocia vides. Ego autem quomodo ſ. m afflictus. ex Lepta et Trebatio poteris cognoſcere. Tu fac vt tuã et Tullię valitudinem cures.

¶ M. T. C. Terẽtię et Tulliolę. S. D.

COnſiderãdum vobis etiam atq; etiam animę meę diligẽter puto quid faciatis Romę ne ſitis: an mecum in aliquo tuto loco. Id nõ ſolũ meum cõſilium eſt. ſed etiam vr̃m. Mihi veniũt in mẽtem hęc. Romę vos eſſe tuto poſſe per Dolobellam. eamq; rem poſſe nobis adiumento eſſe. ſi qua vis. aut ſi quę rapinę fieri coeperint. ſed rurſus illud me mouet. qđ video omnes bonos abeſſe roma. ⁊ eos mulies ſuas ſecum habẽ. Hęc autem regio in qua ego ſum noſtroꝝ eſt tam oppidoꝝ. tum etiã pręditoꝝ. vt etiam multum eſſe mecum. ⁊ quum abieritis cõmode ⁊ in noſtris eſſe poſſitis. Mihi nõ plane ſatis cõſtat adhuc vtrum ſit melius. Vos videte qđ alię faciãt iſto loco foeminę. et ne cum velitis exire nõ liceat. Id velim diligẽter etiam atq; etiam vobiſcum ⁊ cum amicis cõſideretis. Dom⁹ vt ꝓpugnacula ⁊ prędium habeat Philithino dicetis. et velim tabellarios inſtituatis certos vt quottidie aliquas a vobis litteras accipiam. Maxime autem date operam vt valeatis. ſi vos vultis valere. viij. calen. formis.

¶ M. T. C. Terentię. S. D.

IN maximis meis dolorib⁹ excruciat me valitudo Tullię nr̃ę de qua nihil eſt qđ ad te plura ſcribam. Tibi eñ ęque magnę curę eſſe certe ſcio qđ mo ꝓpius vultis accedere video ita eſſe faciẽdum. ⁊ iam añ feciſſem. ſed me multa impediuerũt. quę ne nũc quidem expedita ſunt. ſ; a Pomponio expecto lr̃ãs. quas ad me q̃ꝓrimum perferẽdas cures velim. Da operam vt valeas.

¶ M. T. C. Terentię. S. D.

IN tuſculanũ nos vẽturos putam⁹ aut nonis. aut poſtridie. Ibi fac ſint omnia parata. Plures eñ fortaſſe nobiſcũ erũt ⁊ vt arbitror diutius ibi cõmorabimur. Labrum ſi in balneo nõ eſt. fac vt ſit. Item cętera quę ſunt ad victum ⁊ valitudinem neceſſaria. Vale. iiij. calen. octobris. De Venuſio.

¶ M. T. C. Terentię. S. D.

SI vales bene eſt. ego quidẽ valeo. da operam vt cõualeſcas quod opus erit vt res tempuſq; poſtulat. ꝓuideas atq; adminiſtres. ⁊ ad me de omnib⁹ rebus q̃ſepiſſime lr̃ãs mittas, Vale.

M. T. C. Terentię. S. D.

SI vales bene eſt. ego quidem valeo. Nos quottidie tabellarios veſtros expectamꝰ. qui ſi venerint. fortaſſe erimꝰ certiores quid nobis faciendum ſit. faciemuſqꝫ te ſtatim certiorem. Ualitudinem tuam cura diligenter. Uale.

M. T. C. Terentię. S. D.

SI vales bene ē. ego quidem valeo. Reddite mihi tādem ſunt a Ceſare lr̄e ſatis liberales. ꝛ ipſe opinione celerius venturꝰ eſſe dr̄. Cui vtrū obuiam ꝓcedā. an hic eum expectem. quū conſtituero faciā te certiorem Tabellarios mihi velim q̄ꝫprimū remittas. Ualitudinē tuam cura diligenter. Uale. Datū pridie cal'. ſex.

M. C. Terentię. S. D.

SI vales bene eſt. ego quidem valeo. Nos neqꝫ Ceſaris aduētu. neqꝫ de litteris quas Filotimus habere dicit' quicq̄ꝫ adhuc certi habemꝰ. ſiquid erit certi faciam te ſtatim certiorem. Ualitudinē tuam fac vt cures. Uale. iiij. idus ſextilis.

## M. T. C. S. D. conſulibus Pręto. tri. ple. ſenatui.

ETſi nō dubie mihi nunciabit' Parthos trāſiſſe Euphratē cū omnibꝰ fere ſuis copijs. tn̄ quod arbitrabar a. M. Bibulo procōſule certiora de his rebꝰ ad vos ſcribi poſſe. ſtatuebam mihi nō neceſſe eſſe publice ſcribere ea. quę de alteriꝰ prouincia nūciarētur. Poſtea vero quam certiſſimis auctoribꝰ legatis. nūcijs. litteris ſum certior factꝰ. vel quod tāta res erat. vel quod nundum audieramus Bibulum in Syria veniſſe. vel quia adminiſtratio huiꝰ belli mihi cum Bibulo pene eſt communis. quę ad me delata eſſent. ſcribēda ad vos putaui. Regis Antiochi Cōmageeni legati primi mihi nunciarūt Parthorum magnas copias Euphratē tranſire cepiſſe. Quo nuncio allato. quū eſſent nōnulli. qui ei regi minorem fidem habēdam putarēt ſtatui expectandum eſſe. ſiquid certius afferretur. xiij. cal. octobris. quū exercitum in Ciliciam ducerem in finibꝰ Lycaonię e Cappadocia mihi litterę reddite ſunt a Tarchondimoto. qui fideliſſimꝰ ſociꝰ trās taurum amiciſſimuſqꝫ populi romani exiſtimatur. Parcodē Orodis regis Parthoꝝ filium cum pergamo equitatu parthico trāſiſſe Euphratem. et caſtra poſuiſſe Tybę magnumqꝫ tumultū eſſe in ꝓuincia Syria excitatum. Eodem die a Jamblico Philarcum arabum quem homies opinātur bene ſentire. amicumqꝫ eſſe reipu. noſtrę. litterę de ijſdem rebꝰ mi

hi redditę ſunt. His rebus allatis.⁊ ſi intelligebam ſocios infirme ani
matos eſſe.⁊ nouarum rerum expectatiōe ſuſpēſos. ſperabam tamē eos
ad quos iam acceſſeram quiqꝫ noſtram cōſuetudinem integritatēqꝫ per
ſpexerāt amiciores populo romano eſſe factos. Ciliciam autem firmio-
rem fore.ſi equitatꝰ noſtri particeps facta eſſꝫ.⁊ ob eam cauſam.⁊ vt op
primerētur ij qui ex Cilicū gente in armis eſſent.⁊ vt hoſtis is qui eſſet
in Syria ſciret exercitum populi romani nō modo non cedere his nun
cijs allatis.ſed etiam propius accedere exercitum ad taurum inſtitui du
cere. Sed ſi quid apud vos auctoritas mea ponderis habet.in his prę-
ſertim rebus quas vos audiſtis .ego pene cerno magnopere vos.⁊ hor
tor et moneo.vt his prouincijs ſerius vos quidem qꝫ decuit.ſed aliquan
do tamen cōſulatis Vos quemadmodū inſtructos.⁊ quibus pręſidijs
munitos ad tanti belli opinionem miſeritis.nō eſtis ignari Quod ego
negocium non ſtulticia obcęcatus.ſed verecūdia deterritus non recuſa-
ui. Neqꝫ enim vnqꝫ vllum periculum tantum putaui quod ſubterfuge
re mallem.quam veſtrę auctoritati obtemperare Hoc autem tempore
res ſeſe ſic habet.vt niſi exercitum tātum quātum ad maximum bellum
mittere ſoletis.mature in has prouincias miſeritis ſummū periculum
ſit ne amittēdę ſint omnes hę prouincię quibꝰ vectigalia populi ro.cō-
tinētur. Quā ob rem vt in hoc ꝓuinciali delectu ſpem habeatis aliquā
cauſa nulla ē.neqꝫ multi ſunt.⁊ diffugiūt qui ſunt.metu oblato. Et qd
genꝰ hoc militum ſit iudicauit vir fortiſſimꝰ. M. Bibulꝰ in Aſia qui
quum vos ei ꝑmiſiſſetis delectum habere noluerit. Nam ſociorum au-
xilia ꝓpter acerbitatem atqꝫ iniurias imperij noſtri.aut ita imbecilla
ſunt.vt nō multum nos iuuare poſſint.aut ita alienata a nobis.vt neqꝫ
expectādum ab his.neqꝫ cōmittēdum his quicqꝫ eſſe videatur. Regis
Deiotari ⁊ volūtatem et copias quātecūqꝫ ſunt nr̄as eſſe duco. Capado
cia eſt inanis. Reliqui reges tyrāniqꝫ neqꝫ opibꝰ ſatis firmi.nec volūta
te ſunt. Mihi in hac paucitate militū certe animꝰ nō deerit.ſpero ne cō
ſiliū quidem. Quid caſurū ſit incertū eſt. Utinā ſaluti nr̄ę cōſulere poſſi
mus.dignitati certe cōſulemus. Ualete.

¶ M. C. Terentię. S.D.

Si vos valetis bene eſt.ego quidem valeo. Quū pridie calē.ſextilis
in ꝓuinciā veniſſem.neqꝫ maturius ꝓpter itinerū ⁊ nauigationū
difficultatē venire potuiſſem maximo cōuenirem officio meo.reiqꝫ pu.
cōducere putaui.parare ea quę ad exercitū.quęqꝫ ad rem miliarē ꝑtine-
rent. Quę quum eſſent a me cura magis ⁊ diligētia qꝫ facultate ⁊ copia
cōſtituta.nuncijqꝫ ⁊ litterę de bello a parthis in prouinciam Syriam

illato quotidie fere afferētur. iter mihi faciēdum ꝑ Lycaoniam ⁊ ꝑ Pi
ſauros. et Capadociā arbitratꝰ ſum. Erat em̄ magna ſuſpicio parthos ſi
ex Syria egredi atqꝫ irrumpꝑe in eam ꝓuinciā conarent̄. iter eos ꝑ Ca/
padociam. qđ ea maxime pateret eſſe facturos. Itaqꝫ cum exercitu ꝑ Ca
padocię partem eam q̄ cum Cilicia cōtinēs eſt iter feci Caſtraqꝫ ad Cy/
biſtra. qđ oppidum eſt ad mōtem taurum locaui. vt Artuaſdes rex ar/
menius quocūqꝫ animo eſſet. ſciret nō ꝓcul a ſuis finibꝰ exercitum popu
lo romano eſſe. ⁊ Deiotarū fidelissimum regem atqꝫ amiciſſimū reipub.
noſtrę maxime cōiunctum haberem. cuiꝰ ⁊ cōſilio ⁊ opibꝰ adiuuari poſ/
ſet reſp. Quo quum in loco caſtra haberem. equitatumqꝫ in Ciliciā mi/
ſiſſem. vt ⁊ meꝰ aduētus his ciuitatibꝰ. quę in ea ꝑte eſſent nunciatꝰ fir/
miores aīos hoīm facēt. ⁊ ego mature quid ageretur in Syria ſcire poſ
ſem. tempꝰ eius iam tridui qđ in his caſtris morabar in magno officio
et nccārio mihi ponēdum putaui. Quum em̄ veſtra auctoritas interceſ
ſiſſet. vt ego regem Ariobarzanē. Euſeben et Philorhomęum tuerer
eiuſqꝫ regis. ſalutem. incolumitatē regnūqꝫ defenderem. regi. regnoqꝫ prę
ſidio eſſem. adiūxiſſeqꝫ is ſalutem eiꝰ regis po. ſenatuiqꝫ ro. magnę curę
eſſe. qđ nullo vnq̄ꝫ de rege decretum eēt. A noſtro ordine exiſtimaui me
iudicium vr̄m an regē deferre debere eiqꝫ prędidium meum. ⁊ fidem ⁊ dili
gētiam polliceri. vt quādo ſalus ipſiꝰ incolumitas regni mihi cōmenda
ta eſſet a vobis dicēt ſiquid vellet. Quę quū eſſem in cōſilio meo cum re
ge locutꝰ initio ille orōnis ſuę vobis maximas vt debuit. Deinde etiam
mihi grās egit. qđ ei permagnū ⁊ perhonorificū videat̄. S. P. Qu. R
tātę curę eſſe ſalutem ſuam. meqꝫ tātam diligētiam adhibere. vt ⁊ mea fi
des ⁊ cōmendatiōis veſtrę auctoritas perſpici poſſet. Atqꝫ ille ꝑmo qđ
mihi maximę lęticię fuit ita mecum locutꝰ eſt vt nullas īſidias vitę ſuę
neqꝫ regno dicēt ſe aut intelligē fieri. aut etiam ſuſpicari gratulatꝰ eēm.
idqꝫ me gaudere dixiſſem. cohortatꝰ vt recordaret̄ caſum illum interitus
paterni ⁊ vigilāter ſe tueret̄. atqꝫ admonitu ſenatꝰ ꝯſulēt ſaluti ſuę. tum
a me diſceſſit in oppidum Cybiſtra. Poſtero autem die cum Ariarate
ſuo ⁊ cum paternis amicis maioribꝰ natu ad me in caſtra venit. ꝑturba
tuſqꝫ ⁊ flens. quū idem ⁊ frater facēt. ⁊ amice meam fidem ⁊ veſtram com
mēdationem implorare cœpit. Quū admirarer q̇d accidiſſꝫ noui. dixit
ad ſe iudicia manifeſtarum inſidiaꝝ eſſe delata. quę eſſent ante aduētum
meum occultata. qđ ꝗ qui ea patefacē poſſent. ꝓpter metum reticuiſſet
Eo autem tꝑe ſpe mei pręſidij cōplures ea quę ſcirēt audacter ad ſe detu
liſſe. in his amātiſſimum ſui ſumma pietate prędítū frēm dicere. ea quę
me is quoqꝫ audiēte dicebat. ſe ſollicitatum eſſe vt regnare vellet. Id vi/

uo fratre ſuo accidere nō potuiſſe. ſed tamē ante tempus illud eam rem nunq̄ꝫ in medium ꝓpter periculi metum ꝓtuliſſe. Que quū eſſet locutꝰ monui regem. vt omnem diligētiam ad ſe ꝯſeruādum adhiberet amicoſqꝫ in patris eiꝰ atqꝫ iudicio ꝓbatos hortatꝰ ſum. regis ſui vitam docti caſu acerbiſſimo patris eiꝰ omni cura cuſtodiaqꝫ defenderēt. Quū rex a me equitatum cohorteſqꝫ de exercitu meo poſtularet. ⁊ ſi intelligebā veſtro ſenatꝰ conſilſo nō modo poſſe me id facē. ſed etiam debere. tamē ūqu reſpu. poſtularet. ꝓpter quotidianos ex Syria nūcios. vt q̄ꝫ primū exercitū ad Cilicię fines adducerem. quū que res mihi patefactis iam inſidijs non egere exercitu romani populi ſed poſſe ſe ſuis opibꝰ defendere videretur. illum cohortatꝰ ſum. vt in ſua vita cōſeruāda primum regnare diſceret. a quibꝰ perſpexiſſet ſibi inſidias paratas in eos vteretur iure regio. pœna afficeret eos. q̄s neceſſe eſſet reliquos metu liberaret. Preſidio exercitꝰ mei ad eorū qui in culpa eſſent timorem potiꝰ quam ad cōtentionem vteretur. fore autem vt omnes quādo ſenatuſcōſultū noſſent intelligerēt me regi ſi opꝰ eſſet. ex auctoritate veſtra pręſidio futurū. ita cōfirmato illo ex eo loco caſtra moui. iter in Ciliciam facē inſtitui. Quū hac opinione e Capadocia diſcederem. vt cōſilio veſtro caſu incredibili ac pene diuino. Regem quē vos honorifice appellaſſetis. nullo poſtulante quemqꝫ meę fidei cōmendaſſetis. ⁊ cuiꝰ ſalutem magnę vobis curę eſſe decreſſetis. meꝰ aduētus pręſentibꝰ inſidijs liberaret. Quod ad vos a me ſcribi nō alienum putaui. vt intelligeretis ex his quę pene acciderūt nos multo ante. ne ea acciderent prouidiſſe. eoqꝫ vos ſtudioſius feci certiores qd̓ in rege Ariobarzane ea mihi ſigna videor ꝟtutis. ingenij. fidei. beniuolētię. q̄ erga vos ꝑſpexiſſe. vt nō ſine cā tantā curā in eiꝰ vos ſalutē diligētiamqꝫ videami cōtuliſſe.

M. C. impe. S. D. M. Catoni.

Cum ad me legati miſſi ab Antiochio Cōmageeno veniſſent in caſtra ad Iconiū ad. iij. no. ſeptēbris. hicqꝫ mihi nunciaſſent regis Parthoꝝ filium. quo cum eēt nupta regis armenioꝝ ſoror ad Euphratem cum maximis Parthoꝝ copijs. multarūqꝫ pręteā gentium magna manu veniſſe. Euphratēqꝫ iam trāſire cœpiſſe. diciqꝫ Armenium regē in Cappadocia impetum eſſe facturꝝ. putaui ꝑ noſtra neceſſitudine me hoc ad te ſcribere oportere. Publice ꝓpter duas cauſas nihil ſcripſi qd̓ et ipſum Cōmageenū legati dicebāt ad ſenatum ſtatim nūcios litteraſqꝫ miſiſſe. Et exiſtimabam. M. Bibulum procōſulem. qui circiter idꝰ ſextilis ab Epheſo in Syriam nauibꝰ profectus erat. quod ſecūdos vētos habuit ſe iam in prouinciam ſuam perueniſſe. Cuiꝰ litteris omnia

perlatum iri ad ſenatũ putabam. Mihi vt in huiuſcemodi re tãto bel-
lo maxime curȩ eſt. vt quȩ copijs ⁊ opibꝰ tenere vix poſſumꝰ. ea mãſue-
tudine ⁊ cõtinẽtia noſtra. ſociorum fidelitate tenemꝰ. Tu velim vt con-
ſueſti nos abſentes diligas ⁊ defendas.

¶ M. Cicero impera.
M. Catoni. S. D.

Summa tua auctoritas fecit. meũqꝫ perpetuũ de tua ſingulari vir-
tute iudicium. vt magni mea intereſſe putarem ⁊ res eas quas geſſiſſem
tibi notas eſſe. ⁊ nõ ignorari a te qua ȩquitate ⁊ cõtinentia tuerer ſocios
prouinciãqꝫ adminiſtrarẽ. His enĩ a te cognitis. arbitrabor facilius me
tibi quȩ vellem probaturũ. Quũ in prouinciã pridie calẽ. ſextilis veniſ-
ſem. ⁊ propter anni tempꝰ ad exercitum mihi cõfeſtim eſſe eũdum vide-
retur. Biduũ Laodiceȩ fui. deinde Apameȩ quatriduũ. triduum ſyna-
dis. totidem dies Philomeli. quibꝰ in oppidis quũ magni cõuentus fu-
iſſent. multas ciuitates acerbiſſimis tributis ⁊ grauiſſimis vſuris ⁊ fal-
ſo ȩre alieno liberaui. Quũqꝫ ante aduẽtum meum ſeditiõe quadam ex-
ercitꝰ eſſet diſſipatꝰ. quinqꝫ cohortes ſine legato. ſine tribuno militum
deniqꝫ etiam ſine centuriõe vllo. apud Philomelũ ꝯſediſſent. reliquus
exercitꝰ eſſet in Lycaonia. M. Mãneio legato imꝑaui. vt eas quinqꝫ
cohortes ad reliquũ exercitũ duceret. coactoqꝫ in vnum locum exercitu
caſtra in Lycaonia apud Iconium faceret. Quod quũ ab eo diligenter
eſſet factum. ego in caſtra ad. vij. calen. ſeptẽbris veni. Quũ interea ſu-
perioribꝰ diebus ex ſenatuſcõſulto. ⁊ euocatoꝝ firmam manum ⁊ equi-
tatum ſatis idoneum ⁊ populoꝝ liberorum regũqꝫ ⁊ ſocioꝝ auxilia vo-
lũtaria cõparuiſſem. Interim cum exercitu luſtrato iter in Ciliciam fa-
cere cœpiſſem cal. ſeptembris legati a rege Cõmageno ad me miſſi ꝑtu-
multuoſe. neqꝫ tamẽ nõ vere Parthos in Syriam trãſiſſe nunciarũt.
quo audito. vehemẽter ſum cõmotus. tum de Syria. tum de mea ꝓuin-
cia. de reliqua deniqꝫ Aſia. Itaqꝫ exercitum mihi ducẽdum ꝑ Capado-
ciȩ regionem eam quȩ Ciliciam attingeret putaui. Nam ſi me in Cili-
ciam demiſiſſem. Ciliciã quidem ipſam ꝓpter mõtis Amani naturam
facile tenuiſſem. Duo ſunt enĩ aditus in Ciliciam ex Syria. quoꝝ vter-
qꝫ paruis preſidijs ꝓpter anguſtias intercludi poteſt. Nec eſt quicqꝫ Ci-
licia cõtra Syriam munitius ſed me Capadocia mouebat. quȩ patet a
Syria. regeſqꝫ habet finitimos. q̇ etiam q̇ ſunt amici nobis tamẽ apte
Parthis inimici eſſe nõ audent. Itaqꝫ in Capadocia extrema nõ lõge a
thauro apud oppidum cybiſtra caſtra feci vt ⁊ ciliciam et Capadociam
tenẽs noua finitimoꝝ conſilia impedirẽ. Interea in hoc tãto motu. tan

tacqꝫ expectatiõe maximi belli. rex Deiotarus cui nõ ſine cauſa plurimũ ſemper ⁊ meo ⁊ tuo et ſenatus iudicio tributum eſt. vir tum biniuolẽtia et fide erga populũ ſingulari. tum pręſtãtię magnitudine ⁊ animi ⁊ cõſilij legatos ad me miſit. ſe cum omnibꝰ ſuis copijs in mea caſtra eſſe vẽturum. Cuiꝰ ego ſtudio ⁊ officio cõmotus egi per litteras gratias. idqꝫ vt maturaret hortatus ſum. Quum autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinqꝫ dies eſſem cõmoratus regem Ariobarzanem. cuius ſalutem a ſenatu te auctore cõmendatam habebam. pręſentibꝰ inſidijs necqꝫ opinantem liberaui. neqꝫ ſolum ei ſaluti fui. ſed etiam curaui vt cum auctoritate regnaret. Metram ⁊ eum quem tu diligẽter mihi cõmendaras Atheneum importunitate athenaidais exilio mulctatos maxima apud regem auctoritate gratiaqꝫ cõſtitui. Quũqꝫ magnum bellum in Cappadocia cõcitaretur. ſi ſacerdos armis ſe quod facturꝰ putabatur defenderet. adoleſcẽs ⁊ equitatu ⁊ peditatu et pecunia paratꝰ. ⁊ toto his qui nouari aliquid volebãt perfici vt e regno ille diſcederet. Rex que ſine tumultu. ac ſine armis omni auctoritate aulę cõmunita regnũ cum dignitate obtineret. Interea cognoui multorũ litteris atqꝫ nuncijs magnas Parthorum copias arabũ ad oppidum Antiochẽ acceſſiſſe. magnumqꝫ eorum equitatum qui in ciliciam trãſiſſet ab equitatu in meorum turmis. et a cohorte prętoria quę erat Epiphaneę pręſidij cauſa obſidione occiſum. Quare quum viderem a Cappadocia Parthorum copias aduerſas non longe a finibus Cilicię quam potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Quo vt veni hoſtem ab antiochia receſſiſſe. Bibulum antiochię cognoui eſſe. Deiotarum confeſtim iam ad me veniẽtem cum magno ⁊ firmo equitatu ⁊ peditatu et cum omnibꝰ ſuis copijs certiorem feci nõ videri eſſe cauſam cur abeſſet a regno meqꝫ ad eum ſi quod forte noui accidiſſet ſtatim litteras nũcioſqꝫ miſſurum eẽ. Quũqꝫ eo animo veniſſem. vt vtriqꝫ prouincię ſi ita tempꝰ ferret ſubuenirem. tamẽ id quod iam ante cõſtitueram. vehemẽter intereſſe vtriuſqꝫ prouincię pacare Amanũ perpetuũ hoſtem ex eo mõte tollere agere perrexi. Quũqꝫ me diſcedere ab eo monte ſimulaſſem. ⁊ alias partes Cilicię petere. abeſſemqꝫ ab Amano iter viiꝰ diei. et caſtra apud Epiphaneam feciſſem ad. iiij. idus octobris. Quũqꝫ adueſperaſceret expedito exercitu ita noctu iter feci. vt ad. iij. idus octobris quum luceſceret. in Amanum aſcẽderem diſtributiſqꝫ cohortibꝰ et auxilijs. quum alijs. Qu. frater legatus meum ſimul. alijs. C. Pontinus legatus reliquis. M. Maneius et Lutius Tulleius legati pręeſſent. pleroſqꝫ nec opinantis oppreſſimus. qui occiſi captiqꝫ ſunt. interclusi reliqui fu-

gerant. Amani autem quę fuit nō vici inſtar. ſed vrbis qḋ erat Amani caput. Jteqꝫ Sepyram et Ceminorum acriter ⁊ diu repugnātibꝰ Pomitino illam ꝑtem amani tenēte ex ante lucano tp̄e vſqꝫ ad horam diei decimam magna multitudīe hoſtium occiſa cepimꝰ. caſtellaqꝫ ſex capta cōplura incendimꝰ His rebꝰ ita geſtis caſtra in radicibꝰ Amani habuimus apud aras Alexādri quatriduū. ⁊ in reliquis amani delēdis. agriſqꝫ vaſtandis. quę pars eiꝰ montis meę ꝓuincię eſt. id tempꝰ omne conſumpſimꝰ. Cōfectis his rebꝰ ad oppidum Eleuchēcilicum pindēiſum exercitum adduxi. qḋ cum eſſet altiſſimo ⁊ munitiſſimo loco ab his quę incolerēt qui in regibꝰ quidem vnq̄ꝫ paruiſſent. quū ⁊ fugitiuos reciperēt. et Parthorum aduētum acerrime expectarēt. ad exiſtimationē imperij ꝑtinere arbitratꝰ ſum cōprimere eoꝝ audaciam. Quo facilius etiā cęteroꝝ animi qui alieni eſſent ab imperio nr̄o frangerent. vallo ⁊ foſſa circūdedi. ſex caſtellis caſtriſqꝫ maximis ſepſi. agere vineis turribꝰ oppugnamꝰ vſqꝫ tormētis multis. multis ſagitarijs. magno labore meo ſine vlla moleſtia ſumptuve ſocioꝝ. ſeptimo quinquageſimo die rem cōfeci. vt omnibꝰ partibꝰ vrbis diſturbatis. aut incēſis cōpulſi in ꝑtātem meā peruenirent. His erāt finitimi pari ſcelere ⁊ audacia tebarani. Ab his Pindeniſo capto obſides accepi. Exercitū in Hiberna dimiſi. Qu. fratrem negocio prępoſui. vt in vicis aut captis aut male pacatis exercitꝰ collocarēt. Nūc velim tibi ſic ꝑſuadeas. ſi de his rebꝰ ad ſenatum relatū ſit. me exiſtimatuꝝ ſummam mihi laudem tributam. ſi in honorem meum ſentētia tua cōprobaris. Jdqꝫ etſi talibꝰ de rebꝰ grauiſſimos homines ⁊ rogare ſolere. et rogari ſcio. tamē admonēdum potiꝰ te a me q̄ꝫ rogādum puto. Tu es enim is. qui me tuis ſentētijs ſępiſſime ornaſti. qui oratione. qui prędicatiōe. qui ſummis laudibꝰ in ſenatu in concionibꝰ ad coelum extuliſti. Cuiꝰ ego ſemꝑ tanta eſſe verboꝝ pondera putaui. vt vno ỽbo tuo cum mea laude cōiuncto. omnia aſſequi me arbitrarer. te deniqꝫ memini. quū cuidam clariſſimo atqꝫ optimo viro ſupplicationem nō decerneres. dicē te decreturum ſi referrēt ob eas res. quas is conſul in vrbe geſſiſſet. Tu idem mihi ſupplicationē decreuiſti togato. nō vt multis republica bene geſta. ſed vt memini republica conſeruata. Mittoqꝫ quod inuidiam. qḋ pericula quod omnes meas tēpeſtates ⁊ ſubieris. ⁊ multo etiam magis ſi per me licuiſſet ſubire paratiſſimꝰ fueris. Qḋ deniqꝫ inimicum meum tuū inimicum putaris. cuiꝰ etiam interitum. vt facile intellıgerē mihi quātum tribueris Milonis cauſa in ſenatu defendenda approbaris. A me autē hęc ſunt ꝓfecta. quę ego in beneficij loco nō pono. ſꝫ in veri teſtimonij atqꝫ iudicij. vt pręſtātiſſimas tuas vir

tutes nō tacitus admirarer. Quis em̄ idem non facit: Sed in omnibꝰ
orationibꝰ. ſentētijs dicēdis cauſis agēdis. omnibꝰ ſcriptis grecis lati-
nis. omni deniqꝫ varietate litteraꝝ mearum. te nō modo ijs quos vidiſ-
ſemus. ſed ijs de quibꝰ audiſſemus omnibꝰ anteferrem Que res fortaſſe
quid ſit. quod ego neſcio quid gratulatiōis ꝛ honoris a ſenatu tāti eſti-
mē. Agam iam tecum familiariter vt eſt ꝛ ſtudijs. ꝛ officijs noſtris mu-
tuis ꝛ ſumma amicicia dignum. ꝛ neceſſitudine etiam paterna Si quiſ
quam fuit vnq̄ꝫ remotus. ꝛ natura et magis vt mihi quidem ſentire vide-
or ratione ꝛ doctrina ab inani laude ꝛ ſermonibꝰ vulgi. Ego profecto is
ſum. Teſtis eſt cōſulatꝰ meꝰ in quo ſicut in reliqua vita fateor ea me ſtu-
dioſe ſecutum. Ex quibꝰ vera gloria naſci poſſꝫ. Jpſam quidem gloriam
per ſe nunq̄ꝫ putaui expetēdam. Jtaqꝫ et prouinciam ornatam. ꝛ ſpem
nō dubiam triumphi neglexi. Sacerdotium deniqꝫ quū quemadmodū
te exiſtimare arbitror. nō difficillime cōſequi poſſem nō appetiui Jdem
poſt iniuriam acceptā. quam tu reipublice calamitatem ſemꝑ appellas
meam nō modo nō calamitatem. ſed etiam gloriam ſtuduí quam orna-
tiſſima ſenatꝰ populiqꝫ romani de me iudicia intercedere Jtaqꝫ ꝛ augur
poſtea fieri volui. quod antea neglexerā. ꝛ eum honorem quia ſenatu tri-
bui rebus bellicis ſolet. neglectum a me olim. nūc mihi expetēdum pu-
to huic mee volūtati. in qua ineſt aliqua vis deſiderij ad ſanādum vulnꝰ
iniurie. vt faueas adiutorqꝫ ſis. Quod paulo ante negarā rogaturū ve-
hemēter te rogo. Sed ita ſi nō ieiunum hoc. neſcio quid. qđ ego geſſi et
cōtemnēdum videbitur. Sed tale atqꝫ tantum. vt multi nequaq̄ꝫ pari-
bus rebꝰ honores ſummos a ſenatu cōſecuti ſint. Equidem etiam mihi
illud animū aduertiſſe videor. Scis enim q̄ꝫ attēte te audire ſoleā. te nō
tam res geſtas q̄ꝫ mores inſtituta atqꝫ vitam imperatoꝝ ſpectare ſolere
in habēdis. aut non habēdis honoribus. Quod ſi in mea cauſa cōſidera-
bis reperies me exercitu imbecillo. cōtra metum maximi belli firmiſſi-
mum preſidiū habuiſſe equitatem ꝛ cōtinentiam. His ego ſubſidijs ea
ſum cōſecutꝰ. que nullis legionibꝰ conſequi potuiſſem. vt ex alieniſſimis
ſocijs amiciſſimos. ex infideliſſimis firmiſſimos redderē. animoſqꝫ no-
uarum rerū expectatiōe ſuſpēſos ad veteris imperij. beniuolētiam tra-
ducerem. Sed nimis hec multa de me preſertim ad te. a quo vno omni-
um ſociorū querele audiūtur. cognoſces ex his. qui meis inſtitutis ſe re-
creatos putāt. Cuumqꝫ omnes vno prope cōſenſu de me apđ te ea. que
mihi optatiſſima ſunt predicabūt. tum due maxime clientele tue Cy-
prus inſula et Capadocie regnum de me tecum loquentur. Puto etiam
Regem Deiotarum. qui vni tibi eſt maxime neceſſarius. Que ſi etiam

maiora ſunt. et in omnibus ſeculis pauciores viri reperti ſunt. qui ſuas
cupiditates. quam qui hoſtium copias vincerēt. Et profecto tuum quū
ad res bellicas. hęc que rariora ⁊ difficiliora ſunt genera virtutis adiun
xeris. ipſas illas res geſtas iuſtiores eſſe ⁊ maiores putare. Extremum
illud eſt. vt quaſi diffidens rogationi meę. philoſophiam ad te allegem.
qua nec mihi carior vlla vnq̄ʒ res in vita fuit. nec hominum generi ma
ius a deis munus vllum eſt datum. Hęc igitur quę mihi tecum cōmu
nis eſt ſocietas ſtudiorum atq; artium noſtrarum. quibus a puericia de
diti ac deuincti ſoli prope modum nos philoſophiam illam veram ⁊ an
tiquam. quę quibuſdam otij eſſe ac deſidię videtur in forum atq; in rem
publicam atq; in ipſam pene aciem deduximꝰ. tecum agit de mea laude.
cui negari a Catone fas eſſe nō puto Quamobrem ſic tibi perſuadeas ve
lim. ſi mihi tua ſentētia tributus honos ex meis litteris fuerit. me ſic ex
iſtimaturū auctoritate tua. tum beniuolētia erga me. mihi quod maxi
me cupierim contigiſſe. Uale.

M. Cato. S. D. Ciceroni imꝑatori.

Quod et reſpublica me ⁊ noſtra amicitia hortatur libēter facio. vt
tuam virtutem. innocētiam. diligentiam. cognitam in maximis
rebus domi togati. armati foris pari induſtria adminiſtrare gaudeam.
Itaq; quod pro meo iudicio facere potui. vt innocētia cōſilioq; tuo de
fenſam prouinciam. ſeruatum Ariobarzanis cum ipſo rege regnum. ſo
ciorum reuocatam ad ſtudium imperij noſtri volūtatem ſententia mea
et decreto laudarem. Feci ſupplicationē decretā. ſi tu qua in re nihil for
tuito. ſed ſumma tua ratiōe ⁊ continētia reipu. prouiſum eſt. dijs imor
talibꝰ gratulari nos q̄ʒ tibi referri acceptum magis gaudeo. quod ſi tri
umphi prerogatiuam putas ſupplicationem. ⁊ iccirco caſum potius q̄ʒ
te laudari mauis. neq; ſupplicationē ſequitur ſemper triumphus ⁊ tri
umpho multo clarius eſt ſenatum iudicare potius manſuetudine ⁊ in
nocētia imperatoris prouinciam. q̄ʒ vi militū. aut benignitate deorum
retentam. atq; cōſeruatam eſſe. Quod ego mea ſentētia cenſebam. atq;
hęc ego iccirco ad te cōtra cōſuetudinem meam pluribꝰ ſcripſi. vt quod
maxime volo exiſtimes me laborare. vt tibi perſuadeam me. ⁊ voluiſſe de
tua maieſtate. quod ampliſſimum ſum arbitratꝰ. ⁊ quod tu maluiſti fa
ctum eſſe gaudere. Uale. et nos dilige ⁊ inſtituto itinere ſeueritatem di
ligentiamq; ſocijs ⁊ reipublicę preſta.

M. C. S. D. Marco Catoni

¶ Tullij.

LAetus ſum laudari me inquit Hector. Opinor apud Neuium
abs te pater laudato viro Ea eſt enim profecto iucunda laus. quę
ab his proficiſcitur. qui ipſi in laude vixerunt. Ego vero vel gratulatio
ne litterarum tuarum . vel teſtimonijs ſentētię dictę. nihil eſt quod me
non aſſecutum putem Idqꝫ mihi tum ampliſſimum. tum gratiſſimum
eſt te libēter amicitię dediſſe. quod liquido veritati dares. Etſi non mo-
do omnes. verum etiam multi Catones eſſent in ciuitate noſtra. in qua
vnum extitiſſe mirabile eſt. quem ego currū. aut ꝙ lauream cum tua lau
datione cōferrem. Nam ad meum ſenſum ⁊ ad illud ſincerum ac ſubti-
le iudicium. nihil poteſt eſſe laudabilius. ꝙ ea tua oratio. quę eſt ad me
perſcripta a meis neceſſarijs. Sed cauſam meę voluntatis. Non enim
dicam cupiditatis expoſui tibi ſuperioribus litteris. Quę etiam ſi pa-
rum iuſta tibi viſa eſt. hanc tamen habet rationem. vt non nimis concu
piſcendus honos. ſed tamen ſi deferatur a ſenatu. minime aſpernandus
eſſe videatur. Spero autem illum ordinem pro meis ob rempub. ſuſce-
ptis laboribus me non indignum honore vſitato. preſertim exiſtimatu-
rum. Quod ſi ita erit tātum ex te peto. quod amiciſſime ſcribis. vt cum
tuo iudicio. quod ampliſſimum eē arbitraris mihi tribueris. ſi id quod
maluero acciderit gaudeas. ſic enim feciſſe te ⁊ ſcripſiſſe et verius ſenſiſſe
videro. reſqꝫ ipſa declarat tibi illum honorē noſtrum ſupplicationis iu
cundum fuiſſe. quod ſcribendo affuiſti. Hęc em̄ ſenatuſcōſulta nō igno
ro ab amiciſſimis eius. cuiꝰ honore agitur ſcribi ſolere. Ego vt ſpero te
prope diem videbo. atqꝫ vtinam repu. meliore ꝙ timeo. Uale.

¶ M. T. C. procon. S. D. Marcello conſuli.

TE et pietatis in nos ⁊ animi in rempublicam ⁊ clariſſimi atqꝫ op
timi conſulatus. C. Marcello conſule facto fructum cœpiſſe ve-
hementer gaudeo. Non dubito quin preſentes ſentiant. Nos quidem
longinqui et a te ipſo miſſi in vltimas gentes ad cœlum me hercule tol
limus veriſſimis ac iuſtiſſimis laudibus. Nam cū te a puericia tua vni
ce dilexerim. tuqꝫ me in omni genere ſemper ampliſſimum eſſe ⁊ volue-
ris et iudicaris. tum hoc vel tuo facto. vł popu. roma. de te iudicio mul
to acrius vehemētiuſqꝫ diligo. maximaqꝫ leticia afficior. quū ab homi-
nibꝰ prudentiſſimis viriſqꝫ optimis omnibꝰ dictis. factis. ſtudijs. inſti
tutis. vel metui ſimilem eē audio. vel te mei. Unū vero ſi addis ad p̄cla
riſſimas res cōſulatꝰ tui. vt aut mihi ſuccedat ꝙ primū aliqs. aut ne qd
accedat tpis ad id, qđ tu mihi ⁊ ſenatuſcōſulto ⁊ lege finiſti Dia me p̄ te

cōſecutum putabo Cura vt valeas ⁊ me abſentem diligas atqꝫ defendas
Quę mihi de parthis nūciata ſunt. quia nō putabā a me etiam nūc ſcri
benda eſſe publice. ꝓpterea ne ꝑ familiaritate quidem nr̄a volui ad te ſcri
bere. ne quū ad cōſulem ſcripſiſſem. publice viderer ſcripſiſſe. Uale.

¶ M. C. proconſul. S. D. M.
Marcello conſule deſigna.

Maxima ſum lęticia affect⁹. quum audiui te conſulem factum eſſe.
Meumqꝫ honorē deos fortunare volo. atqꝫ a te peto ꝑ tua parētiſqꝫ
tui dignitate admiſtrari. Nam quum te ſemꝑ dilexi amauiqꝫ. tum mei
iam amātiſſimum cognoui in omni varietate rex meax. tum patris tui
plurib⁹ beneficijs. vel defenſus triſtib⁹ tempoꝛib⁹. vel oꝛnat⁹ ſecundis.
et ſum tot⁹ veſter ⁊ eſſe debeo. Quum p̄ſertim matris tuę gratiſſimę at
qꝫ optimę foeminę maioꝛa erga ſalutē dignitatēqꝫ mea ſtudia. q̄ erant a
muliere poſtulāda ꝓſpexerim. Quaꝓpt̄ a te peto in maioꝛē modū. vt
me abſentē diligas atqꝫ defendas.

¶ M. C. proconſul. S. D. Caio
Marcello conſuli.

Marcellum tuū cōſulem factū. teqꝫ ea lęticia effectū eſſe quam maxi
me optaſti. mirādum in modū gaudeo. Idqꝫ cum ipſi⁹ cauſa. tum
qꝫ te oib⁹ ſecūdiſſimis reb⁹ digniſſimū iudico. cui⁹ erga me ſingularē be
niuolētiam. vel in laboꝛe meo. vel i honoꝛe ꝓſperi. Totā deniqꝫ domum
veſtram. vel ſalutis. vel dignitatis meę ſtudioſiſſimā. cupidiſſimāqꝫ co
gnoui. Quare gratū mihi feceris. ſi vxoꝛi tuę Iunię grauiſſimę atqꝫ op
timę foeminę meis v̄bis eris gratulat⁹. A te id qđ ſueſti peto. me abſen
tem diligas atqꝫ defendas.

¶ M. C. impe. S. D. Caio Marcello con. deſig.

Quando id accidit qđ maxime mihi fuit optatū. vt omniū Mar
cellox et Marcellinox etiam. mirificus em̄ nomīs ac generis ve
ſtri fuit erga me ſemꝑ anim⁹. Quando ergo ita accidit. vt omniū veſtrū
ſtudio tuus cōſulatus ſatiſfacere poſſet. in quem res meę geſtę lauſqꝫ et
honos earum potiſſimū icederet. peto a te id quod facillimū factu ſit nō
aſpernāte. vt confido ſenatu. vt q̄ꝫ honoꝛificētiſſime ſenatuſcon. litteris
meis recitatis faciendum cures. Si mihi tecum minus eſſet. quam eſt
cum tuis omnibus. allegarem ad te illos. a quibus intelligis me p̄ꝛeci
pue diligi. patris tui beneficia in me ſunt ampliſſima. Neqꝫ em̄ ſaluti
meę. neqꝫ honoꝛi amicioꝛ quiſquā dici poteſt. Frater tuus quāti me faci
at. ſempqꝫ fecerit. eſſe hoīem q̄ ignoꝛet. arbitroꝛ neminē. Dom⁹ tua deni
qꝫ tota me ſemꝑ oībus ſummis officijs ꝓſecuta eſt. Neqꝫ vero tu in me

diligēdo cuiquam cōceſſiſti tuoꝝ. Quare a te peto maiorem ī modum. vt me per te quam ornatiſſimū velis eſſe. meaqꝫ et in ſupplicatiōe decernenda. ⁊ in ceteris rebus exiſtimationem ſatis tibi eſſe commendatam putes. Uale.

M. C. Impe. S. D. Marcello con. deſigna.

QUante tibi cure me⁹ honos fuerit. ⁊ quam idem extiteris. cōſul in me ornādo ⁊ amplificādo. quam fueris ſemꝑ cum parētib⁹ tuis. et cum tota domo. ⁊ ſi res ipſa loquebať. cognoui tamē ex meoꝝ omniū litteris. Itaqꝫ nihil eſt tātum qꝺ ego nō tua cauſa debeam. facturuſqꝫ ſim cum ſtudioſe ac libēter. Nam magni intereſt. cui debeas. Debere autem nemini malui quam tibi. cui me quū ſtudia cōmunia. beneficia paterna. tuaqꝫ iam cōiunxerāt. tum accidit mea quidem ſentētia maximū vinculum. qꝺ ita rempublicam geris. atqꝫ geſſiſti. qua mihi carius nihil eſt. vt quātum tibi omnes boni debeāt. quo min⁹ tantundem ego vn⁹ debeā. nō recuſem. Quāobrem tibi velim. hi ſint exitus. qͦs mereris. ⁊ quos fore cōfido. Ego ſi me nauigatio nō morabiť. q̄ incurrebat in ipſas Etheſias. ꝓpe diem te vt ſpero videbo.

M. C. Impe. Lucio Paulo conſuli deſignato. S. D.

ETſi mihi nunqꝫ fuit dubium. quin te popul⁹ roman⁹ ꝓ tuis ſummis in rēpublicā meritis. ⁊ ꝓ ampliſſima familię dignitate. ſummo ſtudio cunctis ſuffragijs cōſulem factur⁹ eſſet. tamē incredibili lęticia ſum affect⁹. quum id mihi nūciatum eſt. Eumqꝫ honorem tibi deos fortunare volo. Atqꝫ ex tua maiorumqꝫ tuoꝝ dignitate admiſtrari. Atqꝫ vtinam pn̄s illum diem mihi optatiſſimū videre potuiſſem proqꝫ tuis ampliſſimis erga me ſtudijs atqꝫ bn̄ficijs. tibi operam meā. ſtudiumqꝫ nauare. Quam mihi facultatem. quādo hic nec opinat⁹ ⁊ improuiſus prouintię caſus eripuit. tamē vt te cōſulem rem pub. ꝓ tua dignitate gerentem poſſim. magnopē a te peto. vt operam des. efficias ne qꝺ mihi fiat iniurię. neve qꝺ tpis ad meū annuū munus accedat. Qꝺ ſi feceris. magn⁹ ad tua priſtina erga me ſtudia cumul⁹ accedet.

M. C. Paulo cōſuli deſignato. S. D.

MAxime mihi fuit optatum Romę eſſe tecum. multas ob cauſas. ſꝫ precipue ⁊ in petēdo et in gerēdo cōſulatu. meum debitum tibi ſtudium perſpicē poſſes. At petitiōis quidem tuę ratio mihi ſemꝑ fuit explorata. ſed tamē operam nauare volebam. In cōſulatu vero cupio equidem te min⁹ habere negocij. ſꝫ moleſte fero me cōſulem tuū ſtudium adoleſcētis perſpexiſſe te meum quū id ętatis ſim perſpicē nō poſſe. ſꝫ ita fa-

to neſcio quo ꝯtigiſſe arbitroꝛ.vt tibi ad me oꝛnādum ſemꝑ detur facul
tas.mihi ad remunerādum nihil ſuperat ꝑter volūtatem. Oꝛnaſti con
ſulatum.oꝛnaſti reditum meū.incidit meum temp⁹ rerum gerendarum
in ipſum conſulatum tuū. Jtaqꝫ quū ⁊ ſumma amplitudo ⁊ dignitas.⁊
meus magn⁹ honos magnaqꝫ exiſtimatio poſtulare videat̃.vt a te pluri
mis ṽbis contēdam ac petam.vt quam honoꝛificētiſſime ſenatuſcōſul-
tum de meis reb⁹ geſtis faciēdum cures. Nō audeo vehemēter a te con
tēdere.ne aut ipſe ꝑpetuę tuę cōſuetudinis erga me oblit⁹ eſſe videar.aut
te oblitum putem. Quare vt te velle arbitroꝛ ita faciam.atqꝫ ab eo quē
omnes gentes ſciūt de me optime meritum breuiter petam. Si alij con
ſules eēnt ad te potiſſimū Paule mitterem.vt eos mihi quam amiciſſi
mos redderes. Nunc quum tua ſumma poteſtas ſummaqꝫ auctoꝛitas.
notaqꝫ omnib⁹ noſtra neceſſitudo ſit vehemēter te rogo.vt ⁊ honoꝛifi-
cētiſſime cures decernēdum de meis geſtis reb⁹.⁊ quā celerrime dignas
res eſſe honoꝛe ⁊ gratulatiōe cognoſces ex his lr̄is quas ad te ⁊ collegā.
et ſenatum publice miſi.omniūqꝫ mearum reliquarū rerum maximeqꝫ
exiſtimatiōis meę ꝓcuratione̅ ſuſceptam velim habeas. Jn primiſqꝫ ti
bi curarę ſit.qđ abs te ſuperioꝛib⁹ quoqꝫ litteris petiui.ne mihi temp⁹
pꝛoꝛoget̃. Cupio te conſulem videre.omniaqꝫ q̄ ſpero.cum abſens.tum
etiā pręſens te cōſulem aſſequi.

## ¶ M. C. Caio Caſſio pꝛoquęſtoꝛi. S. D.

MArcum Fabium qđ mihi amicum tua cōmendatiōe das nullum
in eo facio quęſtum.multi em̄ anni ſunt.quū ille in ęre meo eſt.et
a me diligit̃.ꝑpter ſummam ei⁹ humanitatem ⁊ obſeruātiam.ſed tamē
qđ ab eo egregie diligeris.multo ei amicioꝛ ſum fact⁹. Jtaqꝫ quanq̄ꝫ ꝓ-
fecerint lr̄ę tuę.tamē aliquāto plus cōmendatiōis apud me habuit ani
mus ipſi⁹ erga te mihi perſpect⁹ ⁊ cognit⁹.ſed de fabio faciem⁹ ſtudioſe
quę rogas. Tu multis de cauſis vellem me cōuenire potuiſſes. Primū
vt te quem iam diu plurimi facio.tāto interuallo viderem. Deinde vt ti
bi quod feci per lr̄as.poſſem pręſens gratulari.tum vt quib⁹ de reb⁹ vel
lemus.tu tuis.ego meis inter nos cōmunicarem⁹. Poſtremo vt amici
cia noſtra.quę ſummis officijs ab vtroqꝫ culta eſt. Sed lōgis interual
lis tempoꝛis interruptam cōſuetudinē habuit cōfirmaret̃ vehemētius
Jd quādo nō accidit vtemur bono litterarū.et eadem fere abſentes.quę
ſi coꝛam eſſem⁹.cōſequamur.vn⁹ ſcilicet fruct⁹ qui in te videndo eſt.per-
cipi litteris nō poteſt.alter gratulatiōis eſt.⁊ is quidem exilioꝛ quam ſi
tibi ipſum intuens gratularer. Sed tamen ⁊ feci antea.⁊ facio nunc.ti-
biqꝫ cum pꝛo rerum maguitudine quas geſſiſti tum pꝛo opoꝛtunitate

temporis gratulor. quod te de prouincia decedentem ſumma laus ⁊ ſum
ma gratia prouincię proſecuta eſt. Tercium eſt. vt id quod de noſtris re
bus coram communicaſſem⁹ inter nos conficiamus idem litteris. Ego
ceterarum rerum cauſa tibi Romam properandam magnopere cenſeo
Nam et ea quę reliqui tranquilla de te erant. et hac tua recenti victoria
tanta clarum aduentum tuum fore intelligo. ſed ſi quę ſunt onera tuo-
rum ſi tanta ſunt. vt ea ſuſtinere poſſis. prope nihil tibi erit lautius. ni-
hil glorioſius. ſi maiora conſidera ne in alienum tempus cadat aduen-
tus tuus. huius rei totum conſilium tuum eſt. Tu enim ſcis quid ſuſti
nere poſſis. ſi potes laudabile atq3 populare eſt. ſin plane non potes ab
ſens hominum ſermones facilius ſuſtinebis. De me autem idem tecum
his ago litteris. quod ſuperiorib⁹ egi. vt omnes tuos neruos in eo con-
tendas. ne quid mihi ad hanc prouinciam. quam ⁊ ſenatus et populus
annuam eſſe nolunt temporis prorogetur. Hoc a te ita contendo. vt in
eo fortunas meas poſitas putem. Habes Paulum noſtrum noſtri cu-
pidiſſimum. eſt Curio. eſt Furnius. ſic velim euitare. quaſi in eo ſint mi
hi omnia. Extremum illud eſt his quę propoſueram cōfirmatio noſtrę
amicitię. de qua pluribus verbis nihil opus eſt. Tu puer me appetiſti
Ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi. Fuiſti etiam preſidio
triſtiſſimis meis temporibus. Acceſſit poſt tuum diſceſſum familiari-
tas mihi cum Bruto tuo maxima. Itaq3 in veſtro ingenio ⁊ induſtria
mihi plurimum ⁊ ſuauitatis et dignitatis conſtitutum puto. id vt tuo
ſtudio cōfirmes. te vehemēter rogo. litteraſq3 ad me ⁊ cōtinuo mittas.
et quū Romā veneris quā ſepiſſime. Uale.

## ¶ M. C. Caio Caſſio. S. D.

ET ſi vterq3 noſtrū ſpe pacis et odio ciuilis ſanguinis abeſſe a bel-
li neceſſaria pertinacia voluit. tamen quando eius conſilij prin-
ceps ego fuiſſe videor. plus fortaſſe tibi preſtare ipſe debeo. quam a te ex-
pectare. Et ſi vt ſepe ſoleo mecum recordari ſermo familiaris meus te-
cum ⁊ item mecum tuus adduxit. virumq3 noſtrum ad id conſilium vt
vno prelio putaremus. ſi non totam cauſam. at certe noſtrum iudicium
diffiniri cōuenire. Neq3 quiſquam hanc noſtram ſententiam vere vn-
quam reprehendit. Pretereo qui arbitrātur melius deleri omnino rem
publicā quā imminutam ⁊ debilitatē manē. ego autē ex interitu ei⁹ nul-
lā ſpem ſcz mihi ꝓponebā. ex reliquijs magnam. ſed ea ſunt coſecuta. vt
magis virū ſit accidere illa potuiſſe. quam nos non vidiſſe ea futura. nec

homīes quū eſſemꝰ diuinare potuiſſe. Equidem fateor meam cōiecturā hāc fuiſſe. vt illo quaſi quodam fatali pręlio facto ⁊ victores cōmuni ſaluti ꝯſulere vellēt. ⁊ victi ſuę. Utrūqʒ autem ꝓpoſitū eſſe arbitrari ī celeritate victoris. Quę ſi fuiſſʒ. eādem clemētiam expta eſſet Africa quā cognouit Aſia. quam etiam Achaia. ⁊ vt opinor ipſo ligato ⁊ deprecatore. Amiſſis autem temporibꝰ quę plurimū valēt. pręſertim in bellis ciuilibꝰ interpoſitꝰ annus alios induxit. vt victoriam ſperarēt alios vt ipſum vinci cōtemnerēt. atqʒ horum maloꝝ omniū culpam fortuna ſuſtinet. Quis eñ aut alexādrini belli tātam moram huic bello adiunctum iri. aut neſcio quem iſtum Pharnacem Aſię terrorem illaturꝝ putaret? Nos tamē in cōſilio pari caſu diſſimili vſi ſumꝰ. Tu eñ eam ꝑtem petiiſti. vt ⁊ cōſilijs intereſſes. ⁊ qđ maxime curam leuat futura animo ꝓſpicē poſſes. Ego qui feſtinaui. vt Cęſarem in Italia viderem. Sic eñ arbitramur eumqʒ multis honeſtiſſimis viris cōſeruatum redeūtem ad pacem currētem. vt aiunt. incitarem. ab illo lōgiſſime ⁊ abſum et abfui. Verſor autē in gemitu Italię. et in vrbis miſerrimis querelis. q̇bꝰ aliquid opis. fortaſſe ego ꝓ mea. tu ꝓ tua. ꝓ ſua quiſqʒ per te ferre potuiſſe ſi auctor affuiſſʒ Quare velim ꝓ tua erga me beniuolētia ſcribas ad me quid videas. q̇d ſentias. q̇d expectādum. quid agēdum. nobis exiſtimes Magni erūt mihi tuę lr̄ę. atqʒ vtinam primis illis quas Luceria miſeras paruiſſem. Sine vlla eñ mea moleſtia dignitatē meā retinuiſſem

¶ M. C. Caio Caſſio. S. D.

PUto te iam ſuppudere. quū hęc tercia iam ep̄la ante te oppreſſit. quam tu cędulam aut lrām. Sed nō vrgeo Lōgiores eñ expectabo. vel potiꝰ exigam Ego ſi ſemꝑ haberem cui darem. vel ternas in hora darem Fit eñ neſcio quid. vt quaſi coram adeſſe videare quū ſcribo aliq̇d ad te. Neqʒ id κατελη ηφάντασιασ vt dicūt tui amici noui. qui putāt etiam λιαυοντικασ φάντασιασ. Catius inſuꝑ epicureus qui nuper eſt mortuus. quę ille Gargatius. etiam ante Democritus ἐιδολά hic ſpectra nomīat. his autem ſpectris catianis etiam ſi oculi poſſent feriri qđ velis ipſa currunt. animꝰ qui poſſit ego nō video. doceas tu me oportebit. Quū ſaluus veneris in mea ne ꝑtāte ſit ſpectrum tuū. vt ſimul ac mihi collibitum ſit de te cogitare. Illud occurrat. Neqʒ ſolum de te q̇ mihi heres in medullis. Sed ſi inſulam Britanniam coepero cogitare eiꝰ. ειδολον mihi aduolabit ad pectꝰ. Sed hęc poſterius. tento eñ te quo aīo accipias. Si eñ ſtomachabere ⁊ moleſte feres. plura dicemꝰ. poſtulabimuſqʒ ex qua hęreſi in homibꝰ armatis delectus ſis. in eam reſtituare. In hoc interdicto nō ſolet addi in hoc anno.

Quare ſi iam biēnium aut triēnium eſt. quū virtuti nuncium remiſiſti
delinitꝰ illecebris voluptatis in integro res nobis erit. quanqꝫ qui quū
loqr cum vno fortiſſimo viro. qui poſtea quam foꝝ attigiſti. nihil feciſti
niſi pleniſſimum ampliſſimę dignitatis. In iſta ipſa αιρεσι metuo ne
plus neruoꝝ ſit. quam ego putarim. Si modo eam tu ꝓbas. Quid ti-
bi in mētem venit inquies. qr nihil habeam aliud quod ſcriberem. de re
publica enim nihil ſcribere poſſum Neqꝫ enim quod ſentio libet ſcribe-
re. Vale.

M. C. Caio Caſſio. S. D.

PReposteros habes tabellarios. ⁊ ſi me quidem nō offendūt. ſed ta-
mē quū a me diſcedūt. flagitāt lrās. quum ad me veniūt nullas afferūt.
Atqꝫ idipm facerēt cōmodis. ſi mihi aliq̄d ſpacij ad ſcribēdum darēt.
ſed petaſati veniūt. comites ad portas expectare dicūt. ergo ignoſces. al-
teras habebis has breues ſed expecta. Et ſi quid ego me tibi purgo. quū
tui ad me inanes veniant. ad te cum eplis reuertent nos. hic tamē ad te
ſcribam aliq̄d. P. Syllam pr̄em mortuū habebamꝰ. alij a latronibus.
alij cruditate dicebāt. populꝰ nō curabat. Cōbuſtum em̄ eſſe cōſtabat. h̄
tu ꝓ tua ſapiētia feres ęquo aio. quanqꝫ amiſimꝰ Ceſarem putabāt mo-
leſte laturꝝ verētem ne haſta refrixiſſet. Mindius Marcellꝰ et Actius
Pigmētarius valde gaudebat ſe aduerſariū ꝑdidiſſe. De Hiſpania no-
ui nihil. ſed expectatio valde magna rumores triſtiores. ſꝫ Panſa noſter
paludatꝰ ad. iij. calēdas ianuarias ꝓfectꝰ eſt. vt quiuis intelligē poſſet
id qd̓ tu nuꝑ dubitare coepiſti eſſe. Nam qd̓ multos miſerijs leuauit. ⁊
quod ſe in his malis homiem ꝓbuit. mirabilis eum viroꝝ bonorum be-
niuolētia ꝓſecuta eſt. Tu qd̓ adhuc Brunduſij moratꝰ es. valde probo ⁊
gaudeo. ⁊ me hercule puto te ſapiēter facturꝝ ſi fueris Nobis quidē qui
te amamꝰ. erit gratum. ⁊ amabo te quum dabis poſt hac aliq̄d domum
litteraꝝ mei memineris. Ego nunqꝫ quenqꝫ ad te quum ſciam. ſine me-
is litteris ire patiar. Vale.

M. C. Caio Caſſio. S. D.

LOngior epiſtola fuiſſet. niſi eo ipſo tp̄e petita eſſet a me quū iam
iret ad te. lōgior aūt ſi aliquem habuiſſꝫ. nam ſine periculo vix poſ-
ſumꝰ Redire igit̄ inquies poſſumꝰ? nō mehercule facillime. veruūtamē
aliam aberrationē a moleſtijs nullam habemꝰ Vbi igit̄ inquies philo-
ſophia tua? et quidem in culina mea moleſta eſt. Pudet em̄ ſeruire. itaqꝫ
facio me alias res agē ne cōuitium Platonis audiam. De Hiſpania ni-
hil adhuc certi. nihil oīno noui. Te abeſſe mea cā moleſte fero tua gau-
deo Sꝫ flagitat tabellariꝰ Valebis igit̄. meqꝫ vt a puero feciſti amabis.

## Caſſius. S.D. Ciceroni.

teram vero aſperam ⁊ durā ſeuereqꝫ intuētem talia econtra dixiſſe. Pol
liceri ſe nec voluptatem aliquam. nec quietem. ſed labores. pericula. ſu-
doreſqꝫ infinitos terra mariqꝫ tolerādos. pręmium autem illorum fore
(vt ille aiebat) deum fieri. ⁊ hāc demū Herculem ſecutū fuiſſe.

¶ Qua de cauſa ⁊ quo pacto philoſophos legere debeamus.

AT fere omnes qui modo aliquid in philoſophia ſcripſere. vt quiſ-
quis maxime potuit. virtutem laudarūt quibꝰ ſane credendum ē.
conādumqꝫ vt in vita noſtra id oſtendamꝰ. Nam quiſquis ea. quę alij
verbis dumtaxat philoſophātur. rebꝰ ipſis affirmat. is vere ſapit. cęte-
ri velut vmbrę volitāt. Nec ſecus ea res ſe habet. quam ſi pictor egregi
am viri formam imitatus ſit. hic autem reuera talis exiſtat. qualem ille
in tabula expręſſerit. Qui enim virtutem in cętu hominum laudāt. am
pliſſimiſqꝫ verbis extollunt. ipſi vero ⁊ libidinem temperātię. ⁊ quęſtū
iuſticię anteponūt. hi mea ſentētia nihil differunt ab hiſtrionibus. qui
cum poemata is ſcęna agūt ſępe vt reges vel vt potētes prodeūt. quum
neqꝫ reges ſint. neqꝫ potētes. neqꝫ omnino forſitan liberi. Atqui muſi-
cus quidem. ſi id vllo modo vitare poteſt. nunq̄ꝫ patitur liram ſibi diſſo-
nare. neqꝫ chori princeps in cōcinnū ſibi chorum habere. Ipſe vero quiſ
piam ſecum diſſidebit. neqꝫ vitam cōſentaneam verbis pręſtabit. Sed
Eurypide auctore. linguam quidem iuraſſe dicet. mētem vero iniuratā
māſiſſe. ⁊ bonum videri. quā eſſe magis cupiet. At hic eſt vltimꝰ iniurię
t̄minꝰ. ſiq̇d crede͂ oportꝫ Platōi. bonū videri quū nō ſis (gligēdos eē

¶ Propt̃ exēpla clarorꝝ virorꝝ. q̄ a poetꝭ hiſtoriciſqꝫ referūt̃ ipos nō ne

EA igitur quę de virtute ſcripta ſunt. ita vt dictum eſt accipiēda
cenſeo. Quom autem pręclara facta maiorum. aut memorię ſuc-
ceſſione. aut poetarum vel hiſtoricorū libris vſqꝫ ad noſtram ętatem cō
ſeruata ſunt. nec huiꝰ quidem generis vtilitatem negligemꝰ. vt ecce Pe-
ricles athenienſis. quom eum quidam ex fori hominibꝰ probris laceſſe-
ret. nihil eſt irritatꝰ. neqꝫ animo cōmotus. ſed per vniuerſum diem per
ſeueratum eſt. cum ille nullo maledicto abſtineret. hic vero tanq̄ꝫ ea res
nihil ad ſe ꝑtinēt. cōtemneret. Veſpere autem iam facto ⁊ tenebris exor
tis quom iurgator ille vix eo tempore abire vellet. Pericles famulo cū
lumīe accito ꝓſecutꝰ eſt ipm̄. vt ſibi quā lōga eſſet ad phīam exercitatio.
Itē quum q̇dā iratꝰ Euclidi megarēſi necē minaret̃. idqꝫ ſe facturꝝ iura
mēto firmaret. Euclides cōtra iurauit. ſe ꝑfecto illū placaturꝝ. effecturū

qz. ne ſibi infenſus foret. qz opepreciū eſt aliqđ huiuſcemodi exēplū ſuc
currē mentib⁹ hoīm iam ira efferueſcentiū. Tragedie em̄ nequaqz eſt cre
dendū dicēti. in inimicos armabit ira man⁹. ſz potiſſimū eſſet nullo mō
iraſci. Sin id fieri nō pt. at rōnis freno moderandū eſt. nec pmittendū
lōgius efferri. Sz reducam⁹ orōnem nrām ad claroꝝ viroꝝ exemplū.
¶ Pulſauit quiſpiā Socratē Sophronici filiū faciem ei⁹ petulātiſſi-
me cedens. ſocrates ꝟo nō repugnauit. ſz illi⁹ ire ac petulātie ſe pmiſit.
donec vult⁹ ei vndiqz tuber fiēt. Verꝫ vbi ira illi⁹ ſaciata ē. Socrates q̇
dem nihil aliud egit. niſi ꝙ frōti ſue inſcripſit pcuſſoris nomē. quemad
modū ſtatuis fieri ſolet. ille in q̇t h̄ op⁹ effecit. nec vlteri⁹ vlciſci perrexit
¶ Hec q̄ nr̄is ſilia ſunt. pdigna eſſe imitatiōe duco. h̄ em̄ ſocraticū. illi
nr̄o couenit. qđ monet vt pcutiēti maxillā vnā. alterā porrigamus. tm̄
abeſt vt vlciſcamur. Id autē Periclis aut Euclidis ſil'e eſt illi. q̄ mone
mur pſequētes expectare. ⁊ benigne iras illoꝝ tolerare. ⁊ inimicis bona
precari. non autē maledicē. nam q̇ in illis erit precrudit⁹. is poſtea pce-
ptis nr̄is adq̇eſcet. nec q̄ſi ipoſſibilia ſint. aſpnabit̄. Haud ſane ptereun
dū eſt Alexādri regis memorabile factū. qui cū darij filias i captiuis ha
bēt mirꝫ in modū (vt ab oīb⁹ predicabat̄) formoſas. ne vidē quidē volu-
it. turpe eſſe ratus eos. q̇ viros viciſſent. a mulierib⁹ ſupari Hoc illi nr̄o
cōuenit. ꝙ aſpiciēs mulierē ad voluptatē. ⁊ ſi rem nō cōſumet. tn̄ qz ad
id cōcupiuit in corde ſuo. crimīe nō caret. Illud āt Clinie Pytagore fa
miliaris difficile ē credē. nō dedita opa. ſz fortuito nr̄is couenire. qui cū
poſſz triū talētoꝝ damnū iureiurādo ſibi delato effugē. ſoluē quidē ma-
luit. quā iurare. quanqz ſine piurio id facē licēt. Audiuerat ille (vt mihi
videt̄) pceptū dn̄i iuramēta vetātis. ¶ Ex diſciplinis extraneis.
dūtaxat vtilia ⁊ ad finē hūane vite attingēdū ꝯferētia excerpēda eſſe

Sed redeo ad id qđ in pn̄° dicebā. nō oīa nobis recipiēda ſūt. ſz tm̄
vtilia. Etenī cū eos cibos. q̇ abeſſe pn̄t corpi. diligēter vitem⁹. ab-
ſurdū eſt diſciplinaꝝ. qb⁹ animus alitur. rōem nullā hr̄e. ſz tanqz torrēs
aliq̇s q̄cūqz ſors obtulerit ſine delectu īmergē Et quū gubernator nō te
mē naui vētis pmittat. ſz ad portū dirigat. ⁊ ſagittari⁹ ad ſignū. ⁊ faber
et architect⁹ finē aliquē ſue artꝫ reſpiciat. nos ab huiōi opificib⁹ ī ꝯq̄ſcē
dis reb⁹ nr̄is ſupari Neqz ei manualiū opeꝝ finis aliq̇s ē. vite āt hūane
finis ē null⁹. quē ītueāt̄ hi q̇ bn̄ viuē q̄rūt. ꝙ ſi nulla rōe huc atqz illuc i
vita iactaremur. quid int̄ nos atqz rates gubernacul' carētes intereſſet.
Verꝫ vt musicis gymniciſqz certamib⁹ eorundē ſunt exercitatiōis. quo
rum ⁊ premia. nec vllus quūmſe paleſtra aut pancratio exercuiſſet. lira
deīde aut tibia certat' Neqz em̄ Polydamas id agebat, nec Milo. ſz alē

ante olympicam certamē currus ſiſtebat currētes Milo vero in clipeo vncto ſtabat. nec depelli ab eo vlla vi poterat. ſed reſiſtebat nō ſec⁹ ac ſtatua quędam plumbo affixa. Q̄ſi Marſię aut olympij muſicam eſſent meditati. relicto puluere atq; gymnaſio. ſero coronas aut gloriā aſſecuti eſſent. aut effugiſſent ne corpa ſua deriſui haberētur. Sed nec Thimotheus relicta muſica ſua in luctaminib⁹ verſabat̄. Neq; em̄ aſſecut⁹ fuiſſet vt cunctis muſicis lōge antecellēt. cui tm̄ ſuperaret artis vt quotiens libuiſſet. aīos hoīm ꝛ vehemēti armonia accēderet. ꝛ rurſus molli ac placida leniret. Quippe quom aliquādo in Alexādri cōuiuio eū cantum quem phrygiū appellāt modularet̄. vſq; adeo regem excitaſſe d̄r. vt ad arma capienda ꝓſiliret. atq; iterū ad comeſatores epulaſq; reduxiſſe modulatiōe mutata. tātas vires hꝫ in muſicis gymniciſq; certaminib⁹ ad finem ſuū directa exercitatio.

Q̄ſ non. niſi multis laboribus exercitationibuſq;. vitam meremur ęternam.

SEd quoniam in coronarū atq; pugilum exempla īncidim⁹. proſequamur aliquātiſper in ea re. Porro illi quadam incredibili laborum tolerātia vires adepti. cum infinitis ſudoribus in gymnaſio manarint. innumeraſq; plagas in exercitatiōe tulerint. victum autem nō voluptuariū. neq; iucūdum. ſed quē magiſter ludi p̄ſcripſerit victitarint. et in ceteris omnib⁹ (ne orōnem ꝓtraham) ita inſtituti. vt vita ante certamē acta meditatio fuerit certamis. tādem ſe nudāt in ſtadio. ꝛ ſummo labore ac periculo decertāt vt oleaſtri aut apij aut eiuſmodi corona donētur. victoreſq; a pręcone bucci[illegible]etur. Nos vero quib⁹ pręmia vitę nr̄ę adeo mirabilia ꝓpoſita ſunt. vt nec magnitudo eoꝝ dici poſſit. nec multitudo numerari. in vtrāq; aurem ſecuri dormiētes. altera manu capere poſſe credem⁹. ꝑmulti ſane eēt inertia. et Sardanapal⁹ ille ꝑmas omnium ptes in beatitudīe ferret. vel margites forte. quem neq; aratorem. neq; foſſorem. neq; cuiuſq; rei actorē fuiſſe Homer⁹ ait. Si vtiq; Homero credēdum eſt potiuſquā Pyctaco. qui in q̇t. arduū eſſe bonum exiſtere. multis cm̄ laborib⁹ ſuſceptis vix eoꝝ bonorum compotem fieri cōtingit. quoꝝ nihil in hac vita eſſe ſimile pauloante dicebam⁹. Non igit̄ deſidēdum eſt nobis. nec ꝓ breui voluptate maxime ſpes abijciendę. niſi velim⁹ cōuitia pati ꝛ poenas ſubire. nō hic apd̄ homies (quanq̄; ne hoc quidem paruū recte ſentiēti) ſed aut ſub terra aut vbicūq; ſint illa iudicia. nam qui nō ex volūtate delinquit. is forte aliqua dignabit̄ venia. qui autem ex propoſito peiora eligit. nullam habet excuſationem quin multiplici poena afficiatur.

## Liber Baſilij

¶ Quonam modo cibis et ornamētis erga cor-
pus nos gerere debeamus:

QUid igitur faciēdum eſt dicet quiſpiam: quid aliud q̄ꝫ curam ani
mę habēdum. cęteris omnib⁹ pro nihilo habitis. Non ergo cor-
pori ſeruiēdum niſi quātum ſumma coget neceſſitas. ſꝫ anima bonis ar-
tibus imbuēda. ⁊ ex corporum vinculis ac paſſionum ſocietate per phi
loſophiam eximēda. Illud pręterea efficiēdum eſt. vt corpus laborum
patiētiſſimum ſit. ventri autem nō ad voluptatem. ſed ad ſuſtētationē
porrigēdum. Nam qui ſemper cenas atqꝫ coquos mente agitant. epu
larumqꝫ gratia terras mariaqꝫ perſcrutātur. miſerabili admodum ſer-
uitute pręmūtur. ⁊ grauiſſimo domino tributa pendūt. nihil leuius pa
tiētes quam ij qui apud inferos poenas dant. virga ignem diuidētes. ⁊
cribro aquam ferētes. ⁊ perfoſſum vas implere anhelātes. nullum finē
laborum habētes. Tonderi autem aut amiciri vltra quam neceſſitas ſit
aut miſerorum eſt ſcd̄m Diogenem. aut iniuriorum. Itaqꝫ occupatum
eſſe in corporis ornatu. non minus turpe dicēdum arbitror. quam aut
pelicem eſſe aut adulterum. Quid em̄ refert homini gnauo preſtide ami-
ciatur. an vili aliqua veſte: dūmodo corpus ab intemperie tutetur. Mō
et in cęteris obſeruādum ē ne quid ſuperuacuo moliamur. nec plus cor
pori tribuamus q̄ꝫ animę comodum ſit. Neqꝫ em̄ minus turpe eſt viro
qui vere hoc cognomine dign⁹ exiſtat. nimiam curam corporis habere
quem ad aliam quāuis paſſionem effeminatum eſſe. Omne porro ſtudi
um ponere vt corpori quam optime ſit. hominis eſt ſeipſum ignorātis.
nec intelligētis ſapiens illud ꝙ nō id quod cernitur eſt homo. ſed opus
eſt maiori ſapiētia. vt quiſqꝫ noſtrum quid tādem ipſe ſit poſſit agnoſcē.

¶ De mentis expiatione per cōtemptum earum quas ſenſus no-
bis porrigunt voluptatum.

VErum enimuero id aſſequi nō expiata prius mēte. impoſſibilius
eſt. quam lippis oculis ſolem perſpicere. Expiatio autem animę
ſit (ij vt breuiter ſimul ⁊ abunde vobis dicam) per contemptum earum.
quas nobis ſenſus porrigūt voluptatum. Nō igitur oculi paſcēdi ſunt
abſurdis ſpectaculorum miraculis. nō aſpectu corporum voluptatis ſti
mulus relinquētium. non per aures ſonus infundendus. qui animam
corrumpere poſſit. Nam ⁊ nequicia et ignauia ex huiuſmodi muſica gi

gni ſolet. ſed ea muſica recipiēda ē. qua vſus Dauid poeta ſacrorum car-
minum regem (vt ferunt) ab inſania liberauit. ¶ Pytagoras etiam
quum iuuenibus quibuſdam vino ſertis ſaltuqꝫ per ciuitatem laſciuien
tibus obuiaret. dixiſſe dicitur ei qui modos tibia faciebat. vt mutata ar-
monia doricum perſonaret. quod vbi factum eſt. bacchantes illos adeo
reſipuiſſe ferunt vt ſerta abijcerent. ⁊ rubore vultus verecūdiam confeſſi
domum abirent. Tantum intereſt corrupta an ſalubri muſica impleare
Quamobrem ab hac quidem muſica quę nunc in vſu eſt. non ſecus ab-
horrendum vobis cenſeo. quam a quauis feditate. Iam vero eos vapo
res. qui odoratum delectent. aeri miſcere. aut vnguentes perungi. etiam
interdicere vobis erubeſco. Quid dicēdum de his voluptatibus quę gu
ſtu aut tactu fiunt: an dubitandum. quin illę quoqꝫ eiuſmodi ſint. vt ni
ſi quis caueat. ventri ac ſomno ſeruire nos veluti pecora cōpellant.

¶ Deſpiciendum eſſe corpus. nec multum cu-
rę ei impendendum.

Deniqꝫ (vt ſummatim dicam) vniuerſum corp⁹ deſpiciendum eſt.
niſi in luto voluptatum velimus ſummergi. aut certe tantum in-
dulgēdum vt philoſophię (vt inquit Plato) miniſterium prȩſtare poſ
ſit. Eadem ferme Platoni ⁊ paulus monet dum ait. non oportere nos
prouidentiam aliqꝫ corporis habere ad voluptates. Nam ij qui corpus
optime curant. animam vero quę eius ſeruitio vti debet. negligunt. ni-
hil ab ijs differunt. qui vt organa quam optima habeāt ſummo ſtudio
conquirūt. artem vero cuius gratia illa organa ſunt comparata. deſpici
unt ¶ Prorſus igitur ſeruandum eſt. Nam caſtigare corpus. ⁊ compe
ſcere eius impetus vt immanem quandam beluam oportet. ⁊ eiuſdem
aduerſus animam temerarios motus rationis habena cohibere atqꝫ ſe-
dare. non autem frena voluptatum remittere. ⁊ animę curam abijcere. ⁊
inſtar aurigę violentia equorum tracti deferri. ſed Pythagorę meminiſ
ſe. qui quom intelligeret quendam ex familiarib⁹ ſuis cibi exercitationi
bus vt pinguis fieret curare hic inquit nō ceſſat moleſtiorem ſibi carce
rem iſtruere. Q̇d gen⁹ moleſtię quom ſuſpicaretur Plato corpori ſuo.
impēdere. academiam inſalubrem atticę locum ferūt ex induſtria delegiſ
ſe. vt plus q̄ꝫ bona habitudo corporis (ceu vitis nimia luxuries) ob eam
rem amputaret. Ipſe quoqꝫ iam audiui ex medicis. ſummam corporis
valitudinē periculoſam eſſe. Quom igitur hęc nimia indulgētia ⁊ ipſi
corpi inutilis ſit. ⁊ aię impedimētum afferat. in ea re ſtudiū ponere ma-
nifeſtiſſima eſt inſania.

## ¶ Liber Baſilij

¶ De cõtemptu corpis. quẽ ꝯſequiť ꝯtẽptꝰ diuitiaꝝ

QUod ſi corpus cõtemnere aſſuefacti eſſemꝰ. parũ cetera huiꝰ vitę
admiraremur. quid opus eſſet diuitijs. ſi voluptates corpis aſper
naremur. equidem nõ video niſi forte quem iuuaret (vt in fabulis de dra
conibꝰ fertur) recõditos theſauros vigilãdo cuſtodire. Qui autẽ ad hęc
cõtemnẽda ingenue eruditꝰ eſſet. plurimũ ab omni facinore ⁊ ſtudio ⁊ ope
abhorrẽt. ⁊ quicq̃d vltra ſufficiẽciam foret. ſiue id lydia gleba eſſet. ſiue
formicaꝝ auriferaꝝ opꝰ. tanto magis deſpiceret. quãto minꝰ indigeret
Sufficiẽtia autem nõ ipſa libidĩe voluptatum. ſꝫ naturę neceſſitate dif
finiẽda eſt. nam qui excedũt neceſſitatis termĩos. ſiľes ſunt ijs qui p̃cipi
tes deferunť nihil ſtabile inueniẽtes. vbi poſſint cõſiſtere. nullum termi
num p̃cipitatiõis habẽtes. ſed quãto plura amplectunť tãtidem aut eti
am pluris indigẽt ad voluptates implẽdas diuitiarum eñi (vt ait So
lon) nullꝰ eſt terminꝰ. Uerum ad eam rem Theognide mg̃ro vtendum
eſt. q̇ ita inq̇t. Neq̧ diuitias cupio. neq̧ voto p̃cor. ſꝫ mihi cõtingat ex
paruo vitam agẽ omni carẽtem moleſtia. Porro nõ ſine beniuolẽtia q̃
dam mihi in mẽtem venit dictum Diogenis humana oĩa ſimul cõtem
nẽtis. qui magno rege ditiorem ſe p̃dicabat. qꝛ videlꝫ paucoꝝ indigeret
At nobis niſi Pythię Miſij adſint talenta. ⁊ infinita ſoli iugera. ⁊ nu
meroſa armentoꝝ examina. nihil ſat erit. Oportet autẽ (vt ego quidem
arbitror) nec abſentes diuitias optare. nec p̄ntibꝰ gl'ari. niſi quãtũ ſcias
vti. Sapiẽter eñi Socrates. q̇ quũ vidẽt hoĩeꝫ diuitijs afflucẽtẽ. eaq̧ de
cã faſtidio q̃dã gloriabũdũ vadẽ. nõ ꝓus inq̇t te admirabor q̧̃ notũ mihi
fuerit q̃ pacto ſcias vti fortunis tuis. An vero Phidias Polycletꝰ q̧ ſi
auro aut ebore gloriati eẽnt. ex q̇bꝰ alť ilienſibꝰ Iouẽ. alť iunonẽ effinxit
argiuis. ridiculi haberenť. aliena bõ ſibi gl'ię fore putãtes. ꝓpriã vero artẽ
q̃ illud auꝝ p̃cioſiꝰ factũ eſt. ſilẽtio p̄tereũtes. Nos ãt hũanã virtutẽ nõ ſa
tis decoris ipſã p̲ ſe hẽre arbitrãtes. minori rep̄hẽſiõe dig̊s eẽ putabimꝰ.

¶ Adulationẽ oſtẽtationẽq̧ fugiendã eſſe

UT diuitias q̇dẽ ꝯtẽnemꝰ ⁊ voluptates deſpiciemꝰ. veꝝ blãdicias
et adulatiões ſectabimur. ⁊ archilochee vulpis calliditate multi
plicitateq̧ gaudebimꝰ. At nihil ẽ q̇d eque fugẽ debeat ſapiẽs. q̄m ad oſtẽ
tationẽ viuẽ. ⁊ populares auras ſeq̇. Oportet ãt verã rõem vſq̧ adeo du
cem viuẽdi habere. vt etiam ſi omnes homĩes reclamẽt. nihil mutetur
eorum quę recte ĩſtituerat. etiam ſi infamiam vel pericula ſubire pro re
cte factis neceſſe ſit. Nã qui aliter iuſtitutꝰ eſt. is nihil differre videť ab
ęgyptio ſophiſta. qui ⁊ arbor fiebat ⁊ aqua ⁊ fera et quicq̃d liberet. Si

quidem ipſe quoqȝ modo laudabit iuſticiam. ſi id placere audiẽtibus in-
telliget. modo eam vituperabit. ſi ijs apud quos loquitᷣ iniurias eſſe gra
tas cognoſcet. et (quod proprium aſſentatorũ eſt) vt Polyppus ad ſpe-
ciem ſubiecti ſoli colore mutat. ita ⁊ ipe ad voluntatem audientium ſen
tentiam mutabit.

¶ Minutatim et vndequaqȝ cogendum eſſe. quod ad ęternam vitam
conſequendam conducere videatur.

Sed hec in noſtris libris addiſcemus perfectius. in pręſentia ve
ro vmbram aliquam virtutis deſcripſimus ex his extraneis do-
ctrinis. Qui enim diligenter e quauis re cogunt vtilitatem. etſi minu-
tatim id agant. tamen vt magna flumina. multa ex multis locis accipi-
unt incrementa. Nam id quod inquit poeta. ſi parum paruo addas id
qȝ frequẽter facias. non ad pecunię dumtaxat augmẽtum recte dictum
fuiſſe putãdum eſt. ſed ad cuiuſuis ſcientię. ¶ Bias quidem igitur vnꝰ
e ſeptem ſapiẽtibus filio ſuo ad ęgyptios proficiſcenti. rogantiqȝ patrẽ
quidnam agendo maxime ſibi gratum faceret. ſi viaticum inquit ad ſene
ctutem compares. virtutem nimirum pro viatico intelligẽs. ſed arctio
ribus terminis illam circumſcribẽs. vtpote qui eius vtilitatem huma-
nę vitę ſpacio diffiniunt. Ego autem ſiue quis Titoni ſenectutem. ſiue
viuaciſſimi apud noſtros Mathuſalem qui mille annos minus trgin-
ta dicitur vixiſſe. ſi deniqȝ vniuerſum tempꝰ ex quo fuerunt homĩes me-
tiatur. ridebo puerilem eius ſentẽtiam. cõtemplans longum ⁊ inſeneſci
bile ſeculnm. quod quidem tale eſt. vt quemadmodum immortalis ani-
mę. ita etiam illius ſeculi nullum finem mens humana poſſit cõcipere.
Ad quod vt viaticum paremus. omnis lapis (vt dicunt) mouẽdus eſt
vnde aliqua vtilitas ad eam rem ſit nobis futura.

¶ Qȝ non retardemur ex eo. qꝛ quę ad vitã ęter
nam ducunt. ſunt laborioſa.

Non igitur quia ardua ſunt hęc ⁊ laborioſa. idcirco torpeſcamꝰ
ſed memores illius ſentẽtię. oportere videlicet vnumquemqȝ vi
tam probatiſſimam eligere. expectare autem vt conſuetudo faciat illam
iocundãm atqȝ dulcem videri. ea ſequi aggrediamur. Turpe enim eſt.
quom tempus per ſecordiam abierit. tunc demum illud reuocare. quom
pręter dolorem nihil ſit amplius vocanti rediturum.

¶ Baſilij

Concluſio.

EGo igitur quę optima eſſe rebar. partim nũc vos admonui. partim omni vitę tempore admonebo. Vos autem (quom tria ſint morborum genera) vtinam ne vos ei ſimiles pręſtetis. quod inſanabile eſt. neu ita mente ęgrotetis. vt pleriqꝫ ſolent corpore ęgrotare. Nam iij qui parua valitudine angũtur. ipſi proficiſcũtur ad medicos. Qui vero grauiori morbo pręmũtur. ad ſe curantes accerſunt. At iij qui in atram bilem inſanabiliter tranſuecti ſunt. ne venientes quidem medicos recipiunt. Quod vos non patiamini. nũc recta conſilia aſpernantes.

Magnus Baſilius de poetarum oratorum hiſtoricorũqꝫ ac philoſophorum legendis libris (quo facilius intelligatur) rubricis tituliſqꝫ interſtinctus. Foeliciter finit

Sequitur Axiochus Platonis de contemnenda morte.

Infracto vt poſſis animo contemnere mortem
Ad nomen cuius vulgus inane tremit:
Diuini Socratis verba hęc lege quis morientem
Axiochum monuit: ilico tutus eris.

# ¶ Axiochus Platonis

¶ Jacob⁹ Canter Phꝛyſius artiū ingenuaꝝ ꝓfeſſor
Poeta laureat⁹. Joāni Rinco Agrippine Colonię ci
ui optimo: amico ſuo primario Salutem.

AXiochum quē mihi ante annos aliq̄t dono dediſti Joānes ſua-
uiſſime eo ſane tpe (ſi ſatis memī) quo in latium ꝓfect⁹ ſum. Jā
mecum diu terra mariqꝫ peregrinātem: lr̄is me nuꝑ vt tibi re-
mittam oraſti. Ego vero tametſi nihil quę habeo oīm petenti tibi negare
poſſum. ſed nec etiam debeo. ni ingratiſſim⁹ haberi velim. hūc tamē ipm
tibi reddere diutule mecum ſubdubitaui. Eſt eīm mihi libellus in pau-
cis charus. cum ꝙ diſputatiōem cōtinet viuenti non minus ac iamiam
morituro homini vtilem. tum ꝙ ab Rodolpho Agricola conterraneo
meo viro neſtorea me hercule vita digniſſimo latinus eſt fact⁹. Verūta
men nūc quo tibi morem geram optime Canterū moecoenas. mitto ec-
ce ad te Axiochum. expreſſum de tuo quondā exēplari. qd̄ equidem abs
te memor tui ſedulo acceptum aſſeruo. Eo autem libētius mitto. ꝙ tibi
opa ei⁹ opus nūc eſſe proh dolor autumo. ſcꝫ indigniſſima parētum (vt
equidem opinor) tuoꝝ morte male affect⁹. Socraticam deſideras conſo
lationē. Et poterit certe egro mirifice aīo tuo Socrates mederi. tracta
bilem ei te modo ⁊ obſequētem adhibeas. Quippe aā oculos luce clari-
us ꝓponit q̄ꝫ miſera eſt oīs mortalium vita. a puerilib⁹ (vt ſic loquar)
faſciolis orſus. Cōtra vero q̄ꝫ foelix illa migratio quam vulg⁹ mortē ap
pellat. ⁊ nomīe cui⁹ audito ſtolidum exhorreſcit. Ergo ſi orōne huiōi ꝑ
ſuaſus eſt tādem Axiochus vt ne ſuam quidem ipē mortem timēt. quin
magno ei⁹ teneret amore. Debebis tu quoqꝫ vel multo ampli⁹ ſic te cō-
parare. vt equo parētis tui Hermāni Rinci mortem aīo feras talis vi
ri preſertim. atqꝫ Axiocho haud abſimilis. ſic eīm vt ille Athenis. hic
Agrippine Colonie in ciuitate patriaqꝫ ſua maximis aliquotiēs magi
ſtratib⁹ functus. ſummū glorie honoriſqꝫ faſtigiū tenuit. At nūc ꝙ eiuſ
dem cōiunx mater tua mortuū eſt haud multo poſt cōſequuta. id te iteꝝ
male hꝫ. ⁊ velut recētiori animum tuū vulnere cōficit. Ah mi Joānes.
Nō potuit matrona pientiſſima nō potuit acerbū nimis filioꝝ diu vi-
ua lucrum aſpicē. Sꝫ neqꝫ voluit etiam ſuo ipſa plāctu īmodico graui
us q̄s genuit torquere. Nō oculos eorūdem lachrymis. nō aures gemi-
tib⁹ ⁊ querelis cruciare. Itaqꝫ ⁊ ipſa diem ſuum clemētiſſima nimiꝝ foe
mina ꝓperauit claudere. Simul ne vobis ꝑ ſe nouū ab integro luctum
inſtrueret. quin poti⁹ compēdio veluti quodā vna oēm terminaret. vt-

q; cōmuni cum marito incluſa ſepulchro. a filijs quoꝝ adhuc lumīa manantibꝰ pro erepto patre lachrymis maderēt. cōmuniter defleretur. Ad hęc voluit eadem. quem viuentem ſanctiſſime amauit. vita quoq; functum non deſerere. vt neutri ſua ſolitudo grauis longius eſſet. Illic igitur nunc in ea quę vere dicitur vita dulci ſocietate iuncti iterum coniuges. mutuo lęti perfruūtur amore. Ergo tu (ſiqua animo tuo ſedet pietas Joānes ſuauiſſime. iam matris quoq; tue mortem deſine lamētari. ne multa querens videare patri optatiſſimā chariſſimāq; rerum omniū impius inuidere. Uale et efficatiorem iamiam a Socrate cōſolationem accipe. Ex Maguncia Sexto Idus Junij.

## ¶ Ad Joannem Rincum eiuſdem Jacobi Canteris Epigramma.

Magna canunt vates alcide facta per orbem:
  Nempe animam excluſit anguibus ipſe puer.
Harpyas idem fixit: vigilante dracone et
  Strēnuus Heſperidum poma beata tulit.
Cecropiam preſſit populantis cornua tauri.
  Fœdauit Caci ſanguine tecta trucis.
Buſirim domuit. ſęui quin et Dyomedis
  Biſtonios domini corpore pauit equos.
Occidit Nemea vaſtum ſub rupe leonem.
  Sęuo Menalium vulnere ſtrauit aprum/
Antęum Lybica nec non ſuperauit harena:
  Primus et oſtendit tartareo aſtra cani.
Omnibꝰ eſt monſtris ſed mors magis horrida: nempe hęc
  Ni mortem inferrent nil metuenda forent.
Ergo immortalis tuto Tyrinthius iſtęc
  Monſtra eſt aggreſſus: qui Joue natus erat.
At tu ſi impauidus mortem mortalis amice
  Magno animo euincas. Hercule maior eris.

## Axiochus Platonis

**Ornatiſſimi doctiſſimiqꝫ viri Rodolphi Agricole Epiſtola Prohemij locum tenens In traductionez ſequẽtem Incipit fœliciter.**

Rodolphus Agricola Rodolpho Langio Salutẽ. Libellum Platonis qui Axiochus inſcribiᷓ latinum feci. Tuqꝫ potiſſimum cui eum dicarem occurrebas. ꝙ facillime ſperabam poſſe me tue beniuolẽtie imponere. vt cum acciperes eum: amici ſinũ illi nõ iudicis ſupercilũi offerres. Tibi igiᷓ atqꝫ adeo vni tibi. illum dicaui. Unde nãqꝫ tantum mihi fiducie. vt audeam immẽſum illud diuinumqꝫ Platonis dicẽdi flumẽ populo meis ꝟbis cognoſcẽdum ꝓponẽ: Tu itaqꝫ ſi ꝓbabis hũc meum laborem: erit qd̕ gaudeam magis ꝓ tuo in me amore quẽ ego in cauſa putabo q̃ꝫ vt ingenio meo blandiar. Sin diſplicebit hec tibi opa mea perierit. Idqꝫ vel eo equiore animo feres ꝙ quanq̃ꝫ mihi fœliciſſimi laboris cõſcius eſſem. in tuis tamẽ auribus tuoqꝫ iudicio acquietur⁹ eram. quem ſolum ego meoꝝ ſtudioꝝ abunde magnũ theatrũ puto. Uale.

**Traductio Rodolphi Agricole in Platonis Axiochum de cõtemnenda morte incipit.**

Exeunti ad cynoſarges mihi. cum ad Diſſum veniſſem. vox cuiuſdam allata eſt clamãtis. Socrates. Socrates. Utqꝫ cõuerſus circũſpectabam. vnde ea redderet. Axiochi filium video Cliniam. ad Calliroen currẽtem. cum Damone muſico. Charmideqꝫ Glauconis filio. Horum alter quidem muſicam docebat. alter ex familiaritate amabat. ſimul atqꝫ amabaᷓ. Uiſum eſt ergo mihi recta deflectenti occurrẽ eis. vt q̃ꝫ primũ cõuenirem⁹. Perfuſus autem lachrymis Clinias. nũc temp⁹ eſt inq̇t Socrates. vt vulgatam ſemꝑ de te ſapiẽtiã oſtẽdas. Pater em̃ ex aliquo iam tꝑe. virib⁹ de improuiſo deſtitut⁹ eſt. ⁊ prope eſt exitum vite. moleſteqꝫ fert ad eẽ ſibi finem. tametſi antehac cõtemnẽt mortem horrẽda imagine exprimẽtes. comiterqꝫ derideret. Perge ergo. proqꝫ tua cõſuetudine illum cõfirma. vt volẽs eo quo ducit neceſſitas ſequaᷓ. vtqꝫ ille mihi ad reliqua hoc ipſo etiam pie colaᷓ Socrates. Nullam me Clinia moderatam rem rogaueris fruſtra. quãto nunc magiſ cum ad hec me voces pietatis officia. Accelerem⁹ autem. Si em̃ ita res ſe habet feſtinato op⁹ eſt. Socrates. Ubi modo te viderit So-

crates. rectius habebit. Crebro em̄ iam euenit ei. vt exanimatus rurſus
reficeret. ¶ Socrates. Quo citi⁹ autem peruenirem⁹. ea que circa mu
rum cognomĩata eſt iuimus. In ꝓprimo namqꝫ habitabat porte que eſt
apud Amazoniam columnam. Inuenim⁹ ergo eum equiſumptis rur-
ſum ſenſib⁹. ⁊ corpore robuſtum. defectum vero mēte. prorſuſqꝫ indigen
tem conſolationis. reuoluētem crebro ſe. ſuſpiriaqꝫ cum lachrymis atqꝫ
manuū crepitu cientem. Aſpiciēs autē illum. quid hoc inquā rei Axio
che? Ubi nobis illa pridem magnifica ꝟba. cōtinenteſqꝫ laudes ꝟtutum
et maius q̄ꝫ vt dici poſſet in te animi robur? Sicut em̄ timidus athleta
cum in gymnaſio inſignem te ꝓbueris. ad certamen ipſum defeciſti. An
nō mediate cōſiderabis naturam vir tantus ⁊ rationi obſequēs vtqꝫ ni-
hil aliud atheniēſis? ꝙ cōmune videlꝫ hoc ⁊ ab omnib⁹ iactatum. pere-
grinatio quedam vita eſt. qđqꝫ peragentes eam. alacriter. et tantum nō
poena canētes. id poſtremam accedere neceſſitatē. tam molliter ꝟo habe
re ſe tamqꝫ egre. pueri more diuelli. nequaq̄ꝫ prudētie pre ſefert altioris
etatem. ¶ Axiochus. Recte quidem Socrates iſta mihi dicē videris.
verum neſcio quo pacto vbi ꝓpius acceſſit periculum. fortia illa gran-
diaqꝫ ꝟba occulte ſubter euolāt atqꝫ negligūtur. oboritur autem metus
quidam. mētem multipliciter diſcerpēs. Si hac luce hiſqꝫ priuabor bo-
nis. ⁊ expers mētis. ſenſuūqꝫ. iacebo vbicūqꝫ demū putreſcēs. ⁊ in pulue
rem vermeſqꝫ cōuerſus. ¶ Socrates. Imperfecte cōiungis Axioche
propter impericiam cum ſenſuū orbitate ſenſum. tibiqꝫ ipſe cōtraria fa
cis ⁊ dicis. Neqꝫ cogitas ꝙ ſimul quidem defles id qđ ſenſibus carebis.
ſimul ob putrefactionē doles. amiſſionēqꝫ vite oblectamētorum. velu-
ti morte ſis in aliam vitam trāſitur⁹. neqꝫ in omnimodā abitur⁹ ſenſuū
abolitionē. ⁊ eādem in qua priuſquā naſcereris fuiſti. Ut em̄ cum Dra-
con Caliſtheneſqꝫ gubernabāt rempublicam. nihil te male habebat (nec
dum em̄ ceperas eſſe vt male tibi quicquā accidere poſſet (ita queqꝫ poſt
mortem erit. Nullus em̄ vt male tibi eē quicq̄ꝫ poſſit es futur⁹. Quin
tu igitur hāc omnē diſcutis ineptiam. illud cogitās. quod ſoluta ſimul
hac compage. animoqꝫ rurſus in ꝓprium reſtituto locum relictū iſtud
corp⁹ terrenum atqꝫ rōnis expers amplius nequaq̄ꝫ eſt homo. Nos ete
nim anima ſum⁹ animal immortale. mortali incluſum munimēto. Hoc
autē tabernaculum nō ſine malo nobis circūdedit natura. cui⁹ leta qui-
dem abſtruſa ſunt ⁊ volucria pluribuſqꝫ doloribus admixta. triſtia vero
improuiſa. diuturna prorſuſqꝫ vacua gaudiorꝫ. Ualitudīes nempe ſen
tiēdum membrorꝫ vlcera. ⁊ morbi interni. Quib⁹ neceſſario (quoniam
per corporis meatus ſparſa eſt) cōdolens anima celeſtē ⁊ cognatum de-

ſiderat ethera. ſititqꝫ cupide ſuperne illius cõſuetudinem gaudiaqꝫ vite.
Diſceſſus itaqꝫ e vita mali cuiuſdam eſt in bonum cõmutatio. ¶ Axio
chus. Cum malum ergo Socrates vitam putes. quid ita viuere perſe-
ueras: cum rerum ſis indagator. ⁊ nobis id eſt multitudini intelligẽtia
preſtes ¶ Socrates. Nequaq̃ꝫ verum de me Axioche teſtimonium di
cis. Arbitraris em̃ quemadmodũ vulgus Atheniẽſium. quãdo quidẽ
res inquiro alicuiꝰ quoqꝫ me ſciẽtiam habere. Abeſt autem tãtum vt re-
cõditiora ſciam vt voto optauerim etiam vulgata me iſta nouiſſe. Sũt
autem iſta que dico Prodici ſapiẽtis tradita. Jlla quidam duobus obo
lis. illa duabus. illa quattuor drachmis redempta. Gratis em̃ hic vir ne
minem docet. eſtqꝫ mos ei ſemper Epicharmi illud in ore habere.
Manus manum fricat. da aliquid. ⁊ aliquid cape. ¶ Nuper ergo cum
apud Calliam Hipponici filium declamaret. tãtis diſſeruit cõtra vitã.
vt ego ad ea que nullius ſunt momẽti. aſcripſerim illam. Ex eoqꝫ iam in
mortem mihi animꝰ. Axioche propẽdit: ¶ Axiochus. Que dixit au-
tem: ¶ Socrates. Dicam equidem tibi ea quorum mihi veniet in men
tem. Que em̃ pars inquit etatis. calamitatibus vacat: Nonne ſtatim
a principio plorat vt primum natus eſt infans: Uitamqꝫ a lachrymis
auſpicatur. Que tandem non premit eum moleſtia: Semper enim vel
penuria. vel frigore. vel calore. vel verberibus vrgetur. Antea quoqꝫ q̃ꝫ
loqui poſſit quanta patitur: flens ſcꝫ hancqꝫ ſolam habẽs anxietatis ſue
querelam. Ubi ſeptimum dehinc expleuerit annũ. multoſqꝫ labores ex-
hauſerit. iam cuſtodes gymnaſte. magiſtri ludi. iam adoleſcẽti critici ge
ometra. rei militaris preceptores. ingens plane dominorum multitudo
Poſt iſta vbi in ephebos inſcriptus eſt. peior iam metus. liceum. acade-
mia. gymnaſiarchia. virge. nullaqꝫ prorſus malorum mẽſura. Omnis
adeo adoleſcentis ſub moderatoribꝰ eſt labor. qui ex ariopagi delecti conſi
lio preſunt iuuẽtuti. Deinde cum fuerit iſtis exſolutus iam cure palam
ĩmergunt. reputatioqꝫ quod viuendi potiſſimum inſtituat iter. preqꝫ ſe
quentibꝰ incõmodis priora illa puerilia videtur. ⁊ infantium reuera ter
ritamenta. expeditiões em̃ ⁊ vulnera. perpetuiqꝫ certaminum labores.
Hinc iam fallens ſubrepit ſenectus. in quam cõfluit quicquid eſt infir
mum fragileqꝫ nature. Q.ꝺ niſi ocius quis vitam velut es alienum red
diderit. aſtãs ſupra caput natura tanq̃ꝫ foenerator repoſcit vſuram. Ab
alio quidem viſum. auditum ab alio. pſepe vtrũqꝫ. At ſi q̇s diutius cun
ctetur debilitat eum. excruciat. membriſqꝫ deſtituit. Alij itaqꝫ multa ſe-
nectute repueraſcũt. animoqꝫ bis pueri fiunt ſenes. Dij ergo ꝓpter hoc
ipſum (vt quibꝰ notiſſime ſint res humane) quos plurimi faciũt. eos ci-

tius auferũt e vita. Agamides et Trophonius itaqꝫ cũ Pythij Apol-
linis edificaſſent templum. orantes dare ſibi quod optimum eſſet. cum
obdormiſſent nunq̄ꝫ deinde ſurrexerũt. Sic etiam Junonis argiue ſacer
dotes. precante matre eorum vt gratiam eis aliquam Juno pietatis il-
lorum referret (cum em̄ cunctarētur iumēta ſuccedentes ipſi vehiculo
matrem ad templum vſqꝫ pertraxerāt) poſt preces ergo nocte deceſſerũt
Longum foret autem poetarum dicta recenſere. qui diuinioribus poe-
matis ea quę ad vitam pertinēt noſtram velut ex oraculo decantāt. quē
admodum deplorēt illam. Uniuſqꝫ ſolum memoratu digniſſimi ſat ha
beo meminiſſe. Qui inquit.

**Quam ſuperi miſerum ſtamen mortalibus aeui**
**Neuere. vt viui deflenda per oīa durent. Iterũqꝫ.**
**E cunctis hominũ generi ſors peſſima vite**
**Stat. quecũqꝫ ſupra terram ſpirantqꝫ meantqꝫ**
**De amphiareo vero quid dicit.**
**Juppiter hunc totis animis. hũc magnus Apollo**
**Diligit. et iuſti metas non attigit aeui.**

¶ De illo quoqꝫ qui ita iubet. naſcens fleat qui tanta vite intrat mala
quid tibi detur? Sed ceſſo. ne commemorando alios: rem contra quam
inſtitui longius ducam. Quod autem vite quiſquā inſtitutum. quam
artem deliget vt non queratur de ea atqꝫ preſentibus offendatur. Opifi
ces mercēnariaſqꝫ recenſeamus artes. ex nocte in noctem vſqꝫ laboran-
tes. et vix tolerantes vite neceſſarios ſumptus. complorātes ſeipſos om
nemqꝫ vigiliam ſuam merore lachrymiſqꝫ complentes. At nautam di
camus per tanta penetrantem pericula. quiqꝫ (quemadmodum Bias
ait) neqꝫ inter mortuos eſt neqꝫ inter viuos. Terreſtris enim homo ve
lut ambigui generis. ipſe in mare ſeſe proiecit. totuſqꝫ arbitrij factꝰ eſt
fortune. Uerum dulcis eſt agricultura. Eſt ſane. nonne tota tamen eſt
(quod aiunt) vlcus ſemper paratam doloris habens cauſam. nunc qui-
dem ſiccitatem. nunc pluuias. nunc vredinem. nunc rubiginem. nũc vel
eſtũ intēpeſtiuũ vel frigꝰ conqrens. Jlla qꝫ honorata in p̄mis reipublice
cura (multa em̄ pretereo) p quātas rapit anxietates. Que gaudia q̄dem
hꝫ furũculi i modũ trepida ſp̄ atqꝫ ſtimul' repleta. repulſas vero acerbas

et millies morte peiores. Quis enim beatus eſſe poſſit vulgi viuens ar-
bitrio: tametſi faueatur ei plaudaturqꝫ. populi ſcilicet ludicrum iacta-
tus. exibilatus. damnatꝰ mortuus ⁊ tum miſerandus viſus. Ubi nam
qꝫ Axioche tu qui in republica verſaris. vbi Milciades vbi Themiſto
cles. vbi Ephialtes abijt. vbi item qui nuper in republica duces fuerūt
quando ego quidem in eam non ſum adductus ſentētiam. Neqꝫ eñ ho
neſtum mihi videbatur. vt inſanienti populo dominatiōis particeps fie-
rem. Theramenes autem et Calixenus deinde cōſtitutos perficiētes ma
giſtratus vt indemnati necarētur homīes affecerūt. tuqꝫ cum Tripto-
lemo reſiſtebas illis ſolus e triginta millibus in contionem coactis.
¶ Axiochius. Sunt iſta Socrates vt dicis. itaqꝫ ex eo ſuggeſti me ſa
tietas cepit. neqꝫ mihi quicqꝫ acerbius republica viſum eſt. Perſpicu
um id quidem illis qui in ipſo ſunt negocio verſati. Tu nanqꝫ dicis hęc
veluti qui de ſublimi ſpectaueris. nos vero qui fecimꝰ periculum quan-
to exactius ſcimꝰ: Populꝰ eñ chariſſime Socrates ingratꝰ eſt. moro
ſus. crudelis. inuidus. immodeſtus. vt qui ſit ex colluuie turbe ⁊ ſtul-
tis inſolentibꝰ collectus. Huic autem qui aſſentatur multo ipē miſeri-
or eſt. ¶ Socrates. Quādo igitur Axioche hāc quę liberalis maxime
omnium ē artium. omnium maxime abominādam putas. quid reliqua
vitę genera. an non putabimꝰ prorſus eſſe fugiēda: Audiui etiam Pro
dicū qūqꝫ dicētem ꝙ nihil quicqꝫ neqꝫ ad viuētes mors neqꝫ ad defun-
ctos pertineret. ¶ Axiochus. Quomodo dicis iſta ſocrates. ¶ So-
crates. Quoniam neqꝫ circa viuētes eſt. hi vero qui obierunt non ſunt
amplius. Itaqꝫ neqꝫ apud te eſt. nōdum enim obijſti. neqꝫ ſi quid tibi
accidat eſt circa te futura. non eñ eris. Stultꝰ eſt igitur dolor de Axio-
cho. qualis neqꝫ eſt neqꝫ futurꝰ ſit Axiochum mēte torqueri. ſitqꝫ ſimi
le veluti ſi ſcillam aut quis centaurū reformidet quę neqꝫ iam imminēt
tibi neqꝫ ſunt vnqꝫ ad exitium tuum affutura. Exiſtētium eñ rerum eſt
metus. quę non ſunt autem nemo ē qui pertimeſcat. ¶ Axiochus. Tu
quidem docta hęc verba ex ea quę nūc pullulat garrulitate protuliſti. Il
linc eſt eñ hęc quęſtus captatio illiciēde iuuentuti apparata. Me vero
amiſſio bonorum quę ſunt in vita triſtem reddit. etſi Socrates proba-
biliorem etiam hac quam modo dixiſti crepueris orationem. Non enī
errabūda iam mens ducitur apte coherentibus verbis. neqꝫ cōtingunt
mentem iſta. ſed in oſtētationem ſplēdoremqꝫ orationis parata multū
abſunt veritate. At animi egritudo captioſis nequaqꝫ ſiſtitur verbis. ſꝫ
illis acquieſcit ſolum quę valeāt ad mentem vſqꝫ penetrare. ¶ Socra-
tes. Coniungis imprudēter Axioche. ⁊ bonorum priuationi malorum

## ¶ Axiochus Platonis

ſubſtituis ſenſum. oblitꝰ ꝙ tūc moꝛtuus ſis futurꝰ. Cum namqꝫ q̄ bo⸗
na amittit cōtraria ledūt q̄ patit̄ mala. at qui nō eſt nihil in eiꝰ quo ꝑua
tur locum recipit. quomodo ergo eſſe poſſꝫ vllus in eo doloꝛ: qd̄ nullam
ledentium noticiam exhibebit. Quod ſi nō ab inicio Axioche ꝑ impꝛudē
tiam vnum aliquem ſenſum cum moꝛte cōponēs. nequaqꝫ metueres eā
Nūc ipe te ſubuertis. timēs amiſſum ire aīam. aliamqꝫ aīam illiꝰ amiſ
ſioni circūdas. Et turbaris ꝙ ſis ſine ſenſu futurꝰ. hocqꝫ ipm̄ nō ſenti⸗
re alio te ſenſu cōpꝛehēſuꝝ putas. Ad hec multe ſunt ꝑpulchꝛeqꝫ de ani
mi immoꝛtalitate rōnes. Neqꝫ eñ moꝛtalis natura in tam varias res
attollere ſeſe poſſꝫ. vt cōtemnēt ingētium feraꝝ vires. maria trāſmittēt
cōderet vrbes. reſpublicas cōſtituēt. Reſpicēt etiam in coelum. ⁊ aſtroꝝ
videret reuolutiōes. curſuſqꝫ ſolis ⁊ lune. oꝛtꝰ item ⁊ occaſus. defectꝰ cele
ritatem. diſtātias. equinoctiaqꝫ. ⁊ duplices ꝯuerſiōes pliadum etiam ⁊
hyemis atqꝫ eſtatis vētos imbriumqꝫ caſus ⁊ hoꝛrēdos turbinum rap⸗
tus vt cōpꝛehēſos ꝗꝫ mūdi laboꝛes ſeculis traderet. niſi diuinꝰ quidam
mentibꝰ nr̄is ſpūs ineſſet. ꝗ cōplexum noticiamqꝫ tantaꝝ attingēt reꝝ.
Trāſis itaqꝫ nō in moꝛtem Axioche ſꝫ immoꝛtalitatē. nō in amiſſionē
bonoꝝ ſed ſinceriorem eoꝝ ꝑceptionē. neqꝫ ad voluptates moꝛtali cōfu⸗
ſas coꝛpi. ſed ab oībꝰ pꝛoꝛſus moleſtijs purgatas. Illuc eñ ex hoc ſolutꝰ
carcere ꝓficiſceris. vbi requieta letaqꝫ oīa ⁊ nulla fatiſcētia ſenecta. tran
quillāqꝫ illic perages vitam. ab oībꝰ liberam incōmodis ⁊ ſerena placi⸗
dam quiete. reꝝ cōtemplās naturam. atqꝫ philoſophie nō ad turbā ne⸗
qꝫ in ſpeciem. ſed ad purā germanamqꝫ deditꝰ veritatem. ¶ Axiochus.
In cōtrarium me Socrates hac oꝛōne abſtuliſti. Nō eñ metus iā me
ſed deſiderium tenet moꝛtis. Atqꝫ ego rhetoꝛes imitatꝰ grandius aliq̄d
dicam. iam dudum ſupna mēte cōcipio. ⁊ immēſum illum diuinūqꝫ re
cēſeo curſum: collegiqꝫ ex infirmitate me. ſumqꝫ iteꝝ q̄ſi nouꝰ effectus.
¶ Socrates. Si vis autem aliam etiam oꝛōem cape quam retulit mi
hi Gobꝛias auagus. Is dicebat ſcd̄m Xerxis in greciam tranſitum auū
ſuū ſibi cognominē miſſum eē in delum ꝗ eam tueret̄ inſulam. in q̄ bina
ſunt numina pꝛognata. Ibi illum ex eneis quibuſdā tabulis. q̄s attuliſ⸗
ſent ab hiperboꝛeis opis ⁊ hecaergus didiciſſe. aīam poſtea q̄ꝫ a coꝛpe ſit
exoluta in ignotum quēdam locum ſubterraneo diſcedere receſſu in quo
plutonis ſit regia nihilo minoꝛ q̄ꝫ aula iouis. Terra eteñi mūdi mediū
tenēte ambitum eiꝰ eſſe globoſum. cuiꝰ alteꝝ quidem ſemioꝛbē dij ſuperi
acceperint. inferi alteꝝ. atqꝫ hi quidem frēs illoꝝ. hi ꝟo filij fratrū. Ue⸗
ſtibula autem q̄ aditus ad plutonis eſt regiam. ferreis eſſe clauſtris atqꝫ
clauibꝰ obfirmata. Aperiētem illa fluuiꝰ excipit acheron. poſt quem co

cytus eſt. Eos vbi q̇s traiecerit ad Minoem et Rhadamātum eſt acce
dere neceſſe. Vocāt hunc campum veritatis. inqꝫ eo iudices ſedent reco
gnoſcētes eoꝝ qui aduenerint vniuſcuiuſqꝫ vitam. ⁊ qua quiſqꝫ ratione
corpꝰ inhabitās ętatē peregerit. Nec mentiēdi illic vlla facultas. Qui
buſcūqꝫ autem in vita melior aſpirauerit demonū ſedes incolūt piorum
vbi oēs orę ſcatēt omnigena fructuū vbertate. fontes puris labunt̃ aq̇s
varijs prata omnimoda floribꝰ vernāt. cōuentꝰ ſunt phōꝝ. theatra poe-
taꝝ. exultantiū corone. muſiciqꝫ cōcentus. Ad hęc inſtructa diligenter
cōuiuia. ⁊ ipſa ſeſe ſuppeditās affluētia victus. Nō eñ frigus illis. nō
eſtus eſt grauis. ſed temperatꝰ aer fundit̃ mitibꝰ ſolis radijs illuſtratus
Hic etiam iniciatis ē dignatio q̄dā. ⁊ religioſa ibidem q̄ꝫ peragūt ſacra
Quomodo ergo nō hic tibi honor habebit̃ collegę deoꝝ( Herculem nā-
qꝫ Liberūqꝫ patrem deſcēdentes ad inferos priſcus eſt ſermo hic inicia-
tos fuiſſe ⁊ fiduciam q̄ illuc irent ab Eleuſinia accepiſſe. At illi quibꝰ ꝑ
ſcelera vita fuerit pacta. ꝑ tartaꝝ a furijs ad herebum chaoſqꝫ rapiunt̃.
vbi impioꝝ eſt locꝰ. inexplebileſqꝫ Danai filiaꝝ vrne. vbi Tantali ſitis
precordia ticij. Siziphi inexplicitū ſaxum cuiꝰ finis ab alio incipit rur
ſus labore. Ibi circūlambentibꝰ eos feris. indeſinēter lampadibꝰ aduſti
et omnium penaꝝ afflicti cruciatu tormētis laniant̃ immēſis. Iſta qui
dem ex Gobrya ego audiui. tuū vero de eis erit Axioche iudicium. Illō
namqꝫ rōne adductus ſolum ſcio cōſtanter ꝙ oīs immortalis ē aīa quę
cūqꝫ ex hoc loco trāſfert̃ ⁊ prorſus expers doloris. Siue ſurſū ergo axio
che ſiue deorſum beatus ſis oportet q̇ probe pieqꝫ vixiſti. ¶ Axiochus.
Pudet me ſocrates dicē tibi quiddam. Tantū abeſt vt timeam mortem
vt nunc eius etiam tenear amore. vſqꝫ adeo ⁊ hęc mihi et illa ꝑſuaſit ora
tio. Cōtemno etiam vitam. vt qui ſim in meliꝰ domicilium trāſiturus.
nūcqꝫ paulatim ea quę dicta ſunt ipſe mecum recenſebo. Tu vero meri-
die fac aſſis mihi ſocrates. ¶ Socrates Faciam vt dixiſti. Ego quoqꝫ
ad Cynoſarges vnde huc vocatꝰ ſum redeo ad deambulationē

¶ Finit diolagus Platonis de cōtemnēda
morte qui Axiochus inſcribitur fœliciter

¶ Sequitur Horatij Flacci Satyra prima.

¶ Horatij Satyra prima

## Quinti Horatij Flacci Sermonum liber primꝰ.

### Satyra prima

QUi fit mecoenas. vt nemo quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit: ſeu ſors obiecerit. illa
Contentus viuat: laudet diuerſa ſequentes.
O fortunati mercatores grauis annis
Miles ait multo iam fractus membra labore.
Contra mercator nauem iactantibus auſtris
Militia eſt potior. quid em̄: concurritur horę
Momento: cita mors venit. aut victoria lęta.
Agricolam laudat iuris legumqꝫ peritus.
Sub galli cantum conſultor vbi hoſtia pulſat:
Jlle datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt.
Solos foelices viuentes clamat in vrbe.
Cętera de genere hoc adeo ſunt multa loquacem
Delaſſare valent fabium. te ne morer audi
Quo rem deducam: ſiquis deus en ego dicat
Jam faciam quod vultis. eris tu: qui modo miles
Mercator. tu conſultus modo ruſticus. hinc vos
Vos hinc mutatis diſcedite partibus eia.
Quid ſtatis nolint. atqui licet eſſe beatis
Quid cauſę eſt. merito quin illis iuppiter ambas
Jratus buccas inflet. neqꝫ ſe forte poſthac
Tam facilem dicat: votis vt prębeat aurem.
Pręterea ne ſic. vt qui iocularia ridens
Percurram. quanqꝫ ridentem dicere verum
Quid vetat: vt pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores elementa velint vt diſcere prima.
Sed tamen amoto quęramus ſęria ludo.
Jlle grauem duro terram qui vertit aratro.

## Horatij Satyra prima

Perfidus hinc caupo. miles. nautęqꝫ per omne
Audaces mare qui currunt. hac mente laborem
Seſe ferre ſenes: vt in ocia tuta recedant
Aiunt: cum ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut
Paruula: nam exemplo eſt magni formica laboris:
Ore trahit quodcūqꝫ poteſt: atqꝫ addit aceruo
Quem ſtruit haud ignara ac non incauta futuri.
Quę ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum:
Non vſquam prorepit. ⁊ illis vtitur ante
Quęſitis patiens. cum te neqꝫ feruidus ęſtus
Dimoueat lucro: neqꝫ hyems. ignis. mare ferrum
Nil obſtet tibi. dum ne ſit te ditior alter.
Quid iuuat immenſum te argenti pondus ⁊ auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra:
Quod ſi cōminuas vilem redigatur ad aſſem
At ni id fit. quid habet pulchri conſtructus aceruus:
Milia frumenti tua triuerit area centum
Non tuus hoc capiet venter pluſquā meus. vt ſi
Reticulum panis venales inter honuſto
Forte vehas humero. nihilo plus accipias q̄
Qui nil portarit. vel dic quid referat intra
Naturę fines viuenti iugera centum: an
Mille aret: at ſuaue eſt ex magno tollere aceruo:
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas
Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris:
Ut tibi ſi ſit opus liquidi non amplius vrna
Uel cyatho. ⁊ dicas magno de flumine mallem.
Quam ex hoc fonticulo tantundem ſumere. eo fit
Plenior vt ſi quos delectet copia iuſto.
Cum ripa ſimul auulſos ferat aufidus acer.
Atqui tantuli eget quanto eſt opus. is neqꝫ limo

¶ Horatij Satyra prima

Turbatam haurit aquam. neqꝫ vitam amittit in vndis
At bona pars hoı̄m decepta cupidine falſo
Nil ſatis eſt: inquit quia tanti. quantum habeas ſis
Quid facias illi. iubeas miſerum eſſe libenter:
Quatinus id facit. vt quidam memoratur athenis
Sordidus ac diues populi contemnere voces
Sic ſolitus. populus me ſibilat. at mihi plaudo
Ipſe domi: ſimul ac nūmos contemplor in arca.
Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides. mutato nomine de te
Fabula narratur. congeſtis vndiqꝫ ſaccis
Indormis inhians. ⁊ tanq̄ꝫ parcere ſacris
Cogeris. aut pictis tanq̄ꝫ gaudere tabellis
Neſcis quo valeat nūmis. qnem prebeat vſum
Panis ematur. holus. vini ſextarius. adde
Quis humana ſibi doleat natura negaris
An vigilare metu exanimem nocteſqꝫ dieſqꝫ.
Formidare malos fures. incendia. ſeruos.
Ne te compilent fugientes hoc iuuat: horum
Semper ego optarem pauperrimus eſſe bonorum.
At ſi condoluit tentatum frigore corpus.
Aut alius caſus lecto te afflixit. habes qui
Aſſideat. fomenta paret: medicum roget. vt te
Suſcitet. ac reddat natis chariſqꝫ propinquis.
Non vxor ſaluū te vult. non filius. omnes
Vicini oderunt. noti. pueri atqꝫ puelle.
Miraris: cum tu argento poſt omnia ponas:
Si nemo preſtet: quem nō merearis amorem?
At ſi cognatos nullo natura labore:
Quos tibi dat retinere velis. ſeruareqꝫ amicos:
Infoelix operam perdas: vt ſi quis aſellum

¶ Horatij Satyra prima

In campum doceat parentem currere frenis.
Deniqꝫ ſit finis querendi: cūqꝫ habeas plus:
Pauperiem metuas minus. ⁊ finire laborem
Incipias: parto quod auebas: nec facias quod
Unidius quidam. non longa eſt fabula. diues
Ut metiretur nummos: ita ſordidus vt ſe
Non vnq̄ꝫ melius ſeruo veſtiret: aduſqꝫ
Supremum tempus: ne ſe penuria victus
Opprimeret: metuebat: at hunc liberta ſecuri
Diuiſit medium fortiſſima tindaridarum.
Quid igitur ſuades vt viuam meuius: aut ſic
Ut nomentanus: pergis pugnantia ſecum
Frontibus aduerſis componere. non ego auarum
Cum vero te fieri vappam iubeo ac nebulonem:
Eſt inter tanaim quiddam: ſocerumqꝫ viſelli.
Eſt modus in rebus: ſunt certi deniqꝫ fines:
Quos vltra citraqꝫ nequit conſiſtere rectum.
Illuc vnde abij redeo. nemo vt auarus
Se probet. ac potius laudet diuerſa ſequentes:
Quodqꝫ aliena capella gerat diſtentius vber
Tabeſcat: neqꝫ ſe maiori pauperiorum
Turbę comparet: hunc atqꝫ hunc ſuperare laboret.
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat.
Ut cum carceribus miſſos rapit vngula currus
Inſtat equis auriga ſuis vincentibus: illum
Pręteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit vt raro quis ſe vixiſſe beatum
Dicat ⁊ exacto contentus tempore vitę
Cędat. vti cōuiua ſatur: reperire queamus.
Jam ſatis eſt. ne me criſpini ſcrinia lipi
Compilaſſe putes: verbum non amplius addam.

¶ Finis

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

K. R. 321